**De re coquinaria. Suetonius Tranquillus de claris grammaticis. De claris rhetoribus / [Apicius].**

**Contributors**

Apicius.
Suetonius, approximately 69-approximately 122. De grammaticis et rhetoribus.

**Publication/Creation**

Venice : Bernardinus Venetus, de Vitalibus, [1500?]

**Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/mz957as5

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

1498

Kony ... 48 nur. Bll. Cuoe I.a.25.

I
Ven
V
98/59

Venedig, Bern. de Vitalibus, ca. 1500

H. 1282 (nur 32 ff. ohne Sueton)
Pr. 5539
V. B. 4477
Winship p. 17 (2 Expl.)
Brit. Mus. Cat. V, 550 (nur 32 ff. ohne Sueton)

ô Pellechet

**APICIUS, COELIUS,** De re culinaria ll. X. — **Suetonius Tranquillus,** De claris Grammaticis. De claris Rhetoribus. (Edidit Blasius Lanziloti). Venetiis, Bernardinus Venetus, s. a. (ca. 1498). 4. rom. char., c. sign., 30 ll., 48 ff. n. n. Mit hübschen, zum Teil figürlichen, ornamentalen Initialen. Stellenweise etwas fleckig, einige alte Randnotizen. Pergamentbd., Rotschnitt.

(Venezia ca. 1498)

Hain 1282; Proctor 5539, Type 3; Brit. Mus. Cat. V, S. 550; Drexel, Catalog d. Kochbücher-Sammlung S. 43, No. 217, dessen Exemplar nur 40 Bll. hat. Den von Hain und dem Brit. Mus. Cat. beschriebenen Exemplaren fehlen die letzten 16 Bll., die die Tractate des Sueton enthalten.

Auch medizinisch sehr interessantes Kochbuch. G.K.W. 2268

44759.

# Apitii Celii de re Coquinaria libri decem:

# Suetonius Trãquillus De Claris Grãmaticis:

# Suetonius Trãquillus De Claris Rhetoribus:

Coquinariæ capita Græca ab Apitio poſita hæc ſunt:
Epimeles:Artoptus:Cepurica:Pandecter:Oſprion
Trophetes:Polyteles:Tetrapus:Thalaſſa:Halieus:
Hanc Plato adulatricem medicinæ appellat.

Ad eruditiſſimum uirum Bartholomeum Merulam
Magnifici Georgii Cornelii gnatorum præceptorem Bla/
ſii lanciloti epiſtola Subitaria.

NOn ignoro hanc omnium eſſe conſuetudinem dul/
cis meorũ ſtudiorum comes: ſincerioriſq; animi opi
tulator: ut ſuper auctore quẽ in manibus habent: nõnulla
perſtringant: quo ad eius uitã mores noſtros tanq̃ ſcopum
exemplarq; ſanctius dirigamus: & adſimiles pro uiribus
fieri cõſtudeamus. Verum id mihi cum ob multa tum ob
id præſertim quod q̃plurimos Apicii conſectatores: eodẽq;
ualentiores in patinis bellatores: audacterq; præliantes fa/
cile eſt reperire: minime factitandum cenſui. Q uid. n. eſt:
quo guloſiſſimi: omniũq; nepotum gurgitis ut Plinius in
naturali hiſtoria teſtatur maximi ingluuiem in mediũ affe
ramus. ad hanc rem pro ſe quiſq; ſatis habet ingenii. Id ſa/
tis omnium conſtat: hunc epularum delicatiſſimarũ per/
ditorem: rerũq; naturæ conſumptorem: teſtimonio Sene/
cæ: Tiberii Cæſaris tẽpeſtate ſua dilapidaſſe bona: in uen/
trẽq; rapaciſſimum immerſiſſe. Q uo ſe & famam ſuã tra/
duxit: quãquam ut multis cõiecturis intelligi datur: hunc
illum Romanum Apicium: de quo celeberrimi ſcriptores
mentionem faciunt: non eſſe exiſtimarim. Cum igitur in
manus meas id cuiuſcũq; ſit opuſculum perueniſſet: ut ali
qua præfatione inſignirẽ: quo me tui memorẽ (ut pollici/
tus ſum) cui non nihil debeo: palam eſſet: tibi utpote mei
nominis fauiſſori: fœtuũq; meorum defenſori acerrimo ad
ſcripſi: quod boni conſulas: rogo.

Laſeratum  Oxyporum  Oxygarꝝ digeſtibile
Oenogarꝝ ĩ tubera  Hypotrima.  Mortaria
Ciminatum in oſtrea de conchiliis.

Apicii Celii epimeles Incipit liber primꝰ cõditũ ꝑadoxũ.

COnditi Paradoxi cõpoſitio: mellis ꝑtes
.xv. ĩ æneũ uas mittunt̃ ĩ præmiſſis in/
de ſextariis duobꝰ ut ĩ cocturã mellis ui
nũ decoq̃s: qđ igni lẽto: & aridis lignis
calefactũ cõmotũ ferula dũ coquit̃. Si
efferuere cœpit uini rore cõpeſcit̃ præ/
ter qđ ſubtracto igni ĩ ſe redit. cũ ꝑfrixerit rurſus accẽdit̃.
Hoc ſecũdo ac tertio fiet. Ac tũ demũ remotũ a foco po/
ſtridie deſpumat̃ cũ pipis unciis .iiii. iã triti maſticis ſcru/
pulo .iii. folii & croci dragmæ ſingulæ: dactilorꝝ oſſibus
torridis q̃nq; hiſdẽ dactilis uino mollitis intercedẽte prius
ſuffuſione uini de ſuo modo ac numero: ut tritura lenis ha
beatur: his omnibus paratis ſupmittes uini lenis ſextaria
.xviii. carbones perfecto addere duo milia.

Conditum meliromum.

VLatorꝝ cõditũ meliromũ ꝑpetuũ: qđ ſubminiſtrat̃
ꝑ uiã ꝑegrinãti: pip̄ tritũ cũ melle deſpumato ĩ cu/
pellam mittis cõditi loco: & ad momẽtũ q̃tũ ſit bibẽdũ tm̃
aut mellis ꝓferas: aut uinum inferas: ſed ſuaſerit non nihil
uini meliromo mittas adiiciendũ ꝓpter exitũ ſolutiorem.

Abſynthium romanum.

ABſynthiũ romanũ ſic facies. Cõditi camerini præce
ptis utiq; pro abſynthio ceſſante: in cuiꝰ uicẽ abſyn
thi põthici purgati terẽbitiq; unciã thebaicã dabis. maſti/
cis folii .iii. ſcrupulos ſenos. croci ſcrupulos .iii. uini eiuſ/
modi ſextarios .xviii. carbones amaritudo non exigit.

### Roſatum ſic facies.

FOlia roſarum albo ſublato imo inſeris:ut ſutilis fa/
cias:ut uino q̄plurimas infundes:ut ſeptē diebꝰ in
uino ſint.poſt ſeptē dies roſam de uino tollis & alias ſuti/
les recētes ſimiliter mittis ut præ dies ſeptē ī uino reqeſcāt
& roſam eximis ſimiliter & uinū colas:& cū ad bibendū
uoles uti addito melle roſatum cōficies. Sane cuſtodito ut
roſam a rore ſiccam & optimā mittes ſimiliter ut ſupra &
deuiolatiū facies:& eodē modo melle temperabis.Roſatū
ſine roſa ſic facies.Folia citri uiridia in ſportella palmea in
doliū muſti mittes anteq̄ ferueat:& poſt quadraginta dies
eximie cum neceſſe fuerit mel addes:& pro roſato utere.

### Oleum liburnicum.

IN oleo hiſpano mittes heleniū & ciperi & folia lauri
nō uetuſta:tūſa oīa:& cribellata ad leuiſſimū reda/
cta & ſales frictos tritos:& per triduum uel plus permiſce
diligenter.poſt hæc aliquāto tempore patere requieſcere:
& liburnicum omnes putabunt.

### Vinū ex atro candidū ſic facies.

LOmentū ex faba factū uel ouoꝝ trium alborē in la/
genā mittis:& diutiſſime agitas:ſal adieceris candi/
dum:& cinerem uitis albæ idem faciunt.

### De liquamine emendato.

LIquamen ſi odorē malū fecerit:uas inane inuerſum
fumiga lauro & cupreſſo:& ī hoc liqmē fūde ante
uētilatū:ſi ſalſum fuerit mellis ſextaria mittis & nouē ſpi/
cas & emendati:ſed & muſtū recens idem præſtat.

### Vt carnes ſine ſale quouis tēpore ſint recentes.

CArnes recētes q̄les uolueris melle tegant̄:ſed uas pē
deat:& qn̄ uolueris utere.Hoc hyeme melius fit.

æſtate paucis diebꝰ durabit. & in carne cocta itidẽ facies.
Callũ porcinũ uel bubulũ & uncella cocta ut diu durẽt.

IN ſinapi ex aceto:ſale:melle facta mittis ut tegant: & quando uolueris utere miraberis.

Vt carnem ſalſam dulcem facias.

CArnẽ dulcẽ ſalſam facies:ſi prius in lacte coquas: & poſtea in aquam.

Vt piſces freti diu durent,

EOdẽ momẽto quo frigũt & leuant ab aceto calido ꝑfundunt.

Oſtrea ut diu durẽt.

VAs ab aceto aũt ex aceto uaſculum picatum laua: & oſtrea compone.

Vt uncia laſaris toto tempore utaris.

LAſer in ſpacioſum doliolum cũ mittis & nucleos pineos ut puta uiginti:cũq; utendum fuerit laſere nucleos cõteres. exin cibis miraberis in ſapores, & tantũ numero nucleorum doliolo referentur.

Vt dulcia mella diu durent.

ACcipies qđ Græci dicũt nechon:& facies farinã & admiſces cũ melle eo tp̃e quo dulcia facturus es.

Vt mel malum bonum facias.

MEl malũ bonum facies ad uendendum:ſi unã partẽ & duas boni ſimul miſcueris.

Mel corruptum ut probes.

HElenium infundes in melle & incende: ſi incorruptum eſt lucet.

Vuæ ut diu ſeruentur.

ACcipies uuas de uite illeas:& aquã fluuialẽ ad tertias decoquẽs & mittis in uas in quo & uuas mit-

tis.uas picari & gipſari facies:& in locū frigidum ubi ſol acceſſum nō habet poni facias.& quādo uolueris uuas ui/rides inuenies & ipſam aquā pro hydromeli ægris dabis: & ſi in ordeo obruas illæſas inuenies.

### Vt mala granata diu durent.

IN aquam calidam feruentem merge:& ſtatim leua & ſuſpende.

### Vt mala cidonia diu ſeruentur.

OLigis mala ſine uicio cū ramulis & foliis & condies in uas:& ſuffundes mel & defrutum & diu ſerbis:

Ficū recētē mala:pruna:pyra:ceraſia ut diu ſerues:oīa cū peciolis diligēter legito:& ī melle ponito ne ſe cōtigāt.

Citria ut diu durēt in uas citrū mitte:gipſa: ſuſpende. Vt diu durēt ex moris ſuccū facito:& cū ſapa miſce:& in uitreo uaſe:tum mora mitte cuſtodies multo tempore.

Olera ut diu ſeruentur.olera electa non ſatis matura in uas picatum repone.

Lapæ ut diu ſeruent̃ ante accuratas & cōpoſitas perdes mirti baccis cum melle & aceto.Aliter ſinapi tēpora melle aceto:ſale:& ſuper compoſitas rapas infundes.

Tubera ut diu ſeruent̃.Tubera:quæ aqua nō uexaue/rit componis in uas alternis: alternis ſcobem ſiccam mit/tis & gipſas & loco frigido pones.

Duracina pſica ut diu durēt:eligito optima:& mitte in muriā.poſtea die exime:& ſphongiabis diligenter:& col/locabis in uas.fundes ſalem:acetum:ſatureiam.

Sales cōditos ad multa.ſales cōditos ad digeſtionē:ad uentrē mouēdū & oēs morbos & peſtilētiā:& oīa frigora ꝓhibēt generari.Sunt aūt ſuauiſſimi ultra q̄ ſperas,Sales cōes frictos lib.i.Sales ammonicos frictos lib.ii.Amineos

ũnc.i.ſemis.Thymi unc.i.ſemis. Apii ſeminis unc.i.ſ.Si apii ſemẽ mittere nolueris:petroſelini mittis unc.iii.origani unc.iii. Broci unc.i.piperis nigri unc,iii.erucæ ſemen unc.i.ſemis hiſopi cretici unc.ii.folium unc.ii,petroſelinum unc.ii.aneti unc.ii.

Oliuas uirides ſeruar̃:ut quouis tp̃e oleũ facias.Oliuas de arbor̃ ſublatas ĩ illud mittis:& erũt tales quouis tp̃e q̃ſi mox de arbore dẽptæ:de qb9ſi uolueris oleũ uiride facies.

Laſeratũ. laſer cirenaicũ uel parthicũ:tepida diſſoluis cũ aceto liquamine tẽperatũ:uel piper:petroſelinũ mentã ſiccã laſeris radicẽ:mel:acetũ:liquamen. Aliter piper:careum:anetũ:petroſelinũ:mentã ſiccã:ſilfii foliũ.malobatrum ſpicã indicã:coſtũ modicũ:mel:acetũ:liquamen.

Oenogarꝵ in tubera:piper: liguſticũ: coriandrũ:rutã: liquamen:mel & oleum modice. Aliter thymũ ſatureiam piper:liguſticum:mel:liquamen & oleum.

Oxyporꝵ:cumini uncias.ii. Zinziberis unciam.i.nitri ſcrupuli.vi.dactiloꝵ pinguiũ ſcrupulos.xii.piperis unc. .i.mellis unc.viiii.cuminũ uel hiopicum:aut ſyriacũ:aut lybycũ aceto infundes:ſicca & ſic tundes.poſtea melle cõprehendis.cum neceſſe fuerit oxyporo uteris.

Hypotrima: piper: liguſticũ:mentã aridã nucleos pineos:uuam paſſam:cariotam:caſeum dulcem:mel:acetũ: liquamen:uinum:oleum:defrutum aut cariotam.

Oxygarꝵ digeſtibile pipis ſemiunc.ſilfi gallici ſcrupulos.iii.cardamomi ſcrupulos ſex.cumini ſcrupulos ſex.folii ſcrupulos.i.mẽta ſicca ſcrup.ſex.tũſa cribrataqꝫ melle colligis cũ opus fuerit:liquamen & acetũ addis.aliter piperis unc.i.petroſelini:carei:liguſtici uuc.ſingulas melle colligunt:ut cum opus fuerit:liquamen & acetum addes.

Liquamẽ dr̃ pinguitudo aĩalis ad ignẽ liquefacta & in uſum coquinarũ ſeruata ad condiendos cibos

strutto porcino, grasso colato

Mortaria:mentã:rutã: coriãdrũ: feniculũ:oĩa uiridia:
liguſticũ:piꝑ:mel:liquamẽ.ſi opus fuerit acetum addes:
Cuminatũ in oſtrea & cõchilia:piper liguſticũ petroſe
linũ:mẽtã ſiccã:foliũ:malobatrũ:cuminũ:pluſculũ:mel:
acetũ:& liquamẽ. Aliter piꝑ liguſticũ:petroſelinũ:mentã
ſiccã:cuminũ pluſculum:mel:acetum:liquamen.

Explicit Apicii epimeles liber primus.

Iſicia

Hidrogarum:& apotermum:& ambolatum.

Vlulæ botelli: Lucanicæ. Farcimina.

Incipit Apicii Artoptus Liber ſecundus de Iſiciis.

ISicia fiũt maria de cãmaris & aſtacis:
de loligine de ſepia:de locuſta. Iſicium
condies piꝑe liguſtico:cumino: laſeris
radice. Iſicia de loligine ſublatis crini/
bus in pulmẽto tũdes.ſicuti aſſolẽ pul/
pa:& ĩ mortario & ĩ liquamine diligẽ/
ter fricat᷑.& exinde Iſicia plaſſant᷑.Iſicia de ſcillis uel de
cammaris ãplis.Cãmari uel ſcyllæ de teſta ſua eximunt᷑ &
ĩ mortario triunt᷑:cũ piꝑe & liquamine optio pulpæ Iſſi/
tia plaſſant᷑.omentata ita fiunt.Aſſas iecur porcinũ & eũ
eneruas.Añ tñ teras piꝑ:rutã:liquamẽ.& ſic ſuꝑmittis ie/
cur & teres & miſces ſicut pulpa omẽtata:& ſingula ĩuolu
tant᷑ folia lauri.& ad fumũ ſuſpẽdunt᷑ quã diu uoles. Cũ
mãducare uolueris tolles de fumo:& denuo aſſas.& ſuccũ
adiicies ĩ mortariũ piꝑ:liguſticũ:origanũ fricabis:ſuffun/
des liquamẽ adiicies cerebella cocta.teres diligẽter ne aſtu
las habeat.Adiicies oua q̄nqꝫ & diſſolues diligẽter ut unũ
corpꝰ efficias.liquamẽ tẽpas:& in patella ænea exinanies
coq̄s.cũ coctũ fuerit uerſas ĩ tabula nuda. Teſſellas cõci/

des.adiicies in mortariũ:pip:liguſticũ:origanũ fricabis ĩ
ſe.Cõmiſces ĩ caccabũ:facias ut ferueat:cũ feruerit:tractu
cõfringes:obligas:coagitabis:& exinanies in uolutari:pip
aſpges & appones Iſicia:ex ſphondilis elixatos ſphondilos
cõtere:& neruos eoꝝ eximes.deĩde cũ eis alicã elixatã oua
cõteres.pipe momẽto aſſabis œnogaro ꝓfundes:& pro iſi
ciis inferes.Iſicia omẽtata:pulpã cõciſam teres cũ medulla
ſiligino ĩ uino ĩfuſi:pip liquamẽ ſi uelis & baccã mixtã &
tẽpatã ſimul cõteres.puſilla iſicia formabis intꝰ nucleis &
pipe poſitis:ĩuoluta omẽto ſubaſſabis cũ careno.

Iſicia plena accipies:adipes faſiani recẽtes præduras &
facis ex eo teſſelas cũ pipe liquamine:careno in iſicio ĩclu/
des & idrogaro coq̃s & ĩferes.Idrogarata Iſicia ſic facies.
Teres pip:liguſticũ:pyretrũ minimũ ſuffundes:liquamẽ
tẽpas:aquã ciſterninã dũ ĩduces exinanies ĩ caccabo.& tñ
Iſicia ad uaporẽ ignis pones & caleat.& ſic ſorbẽdũ ĩferes
in iſicia.de pullo lolæ floris lib.i.liquaminis q̃rtariũ:pipis
ſemiũcia.Aliter de pullo pipis grana.xxxi.cõteres:mittis
liq̃minis optimi cẽlicẽ:careni tãtũdẽ aquæ.xi.mittis:&ad
uaporẽ ignis pones iſiciũ ſimplex ad unũ liquaminis ace/
tabulũ:aquæ ſeptẽ mittes modicũ apii uiridis:triti piperis
coclcare iſiciola ĩcoq̃s.& ſic ad uẽtrẽ ſoluẽdũ dabis. Idro/
garo peces cõditi addes iſicia de pano primũ locũ hñt:ita
ſi fricta fiãt:ut callũ uincãt.Itẽ ſecũdũ locũ hñt de cuni/
culis.Itẽ quartũ locũ hñt de pullis.Itẽ qntũ locũ hñt de
porcello tenero.Iſicia multa ab alieno ſic facies.teres:pip:
liguſticũ:origanũ:modicũ ſilfii,Zinziber minimũ mellis
modicũ:liquamen tpabis miſces.adiicies ſup iſicia:facies
ut ferueat cũ bene uoluerit amulo obliga ſpiſſo:ſubruẽdũ
feres amulũ.Aliter:pip teres pridie ĩfuſi:cui ſubinde liqua

men ſuffundes:ita ut bene tritũ ac luculẽtũ facias pipatũ: cui defrutũ admiſces:qđ fit de cotoneis:qđ ſole torrẽte in mellis ſubſtãtiã cogit̃:qđ ſi nõ fuerit:uel camarꝫ defrutũ mittes:qđ Romani colorẽ uocãt. Accipe deinceps amulũ infuſum adiicies uel orizæ ſuccũ:& lento igni facias amulatũ. Aliter oſſicula de pullis expromas. deinde mittis in caccabũ porros anetũ ſalem cũ cocta fuerint addes piper apii ſemen. deinde oridiam infuſam teres. addes liquamen & paſſum uel defrutũ omnia miſces & cũ iſiciis inferes.

Apotermũ ſic facies:alicã elixam nucleis & amigdalis depilatis:& in aqua infuſis & lotis ex creta argentaria ut ad candorẽ pariter perducuntur cum iam miſcebis uuam paſſam carenum uel paſſum deſuper confractum aſperges:& in uolutari inferes.

Vululæ:botelli & bulbulæ iſiciata & ſic fiũt. pip tritũ & cuminum:capita porrorꝫ breuia duo ad mole purgata:ruta:liq̃men:admiſcent̃:pulpæ bene tũſæ & fricatæ. Denuo ipſo ſubtrito ita ut cõmiſceri poſſit:mittas pipis grana & nuclei. & calcabis ĩ materia bene lota. & ſic coquũt̃: & aqua & oleo liq̃mine faſciculo porrorꝫ & aneto. Botellũ ſic facies. ex oui uitellis coctis nucleis pineis cõciſis. cepã: porrũ cõciſum. thus crudũ miſces:pip minutũ. & ſic inteſtinũ farcies. Adiicies liquamen & uinũ:& ſic coquas.

Lucanicas ſimiliter ut ſupraſcriptũ eſt. lucanicarꝫ cõfectio. terit̃ pip:cũminũ:ſatuteia:ruta:petroſelinũ cõdimẽtũ baccæ:lauri:liq̃mẽ:& admiſcet̃ pulpa bene tũſa ita ut denuo bene cũ ipſo ſubtrito fricet̃ cũ liq̃mĩe admiſto pipe integro & abũdãti pinguedine & nucleis farcies inteſtinũ perq̃ tenuatim perductum:& ſic ad fumũ ſuſpenditur.

Oua & cerebella teres:nucleos pineos:pip:liq̃mẽ laſer

modicũ:& his inteſtinum implebis:elixas:poſtea aſſas:& inferes. Aliter coctã alicã & tritã cũ pulpa conciſa:& trita una cũ pipe & liquamime & nucleis. farcies inteſtinum & elixabis:deinde cũ ſale aſſabis:& cũ ſinapi inferes:uel ſic cõciſum in diſco. Aliter alicã purgas & cũ liquamine inteſtini & abamine porro cõciſi minutatim ſimul elixas. Elixato tolles pinguedinẽ cõcides. & compendia pulpæ in ſe omnia cõmiſces. Teres piper:liguſticum:oua tria:hæc oĩa in mortaria permiſces cum nucleis: & pipere integro: liquamine ſuffundes:inteſtina imples. eliſas & ſubaſſas:& exornas œnogaro faſiani profundes:

Viriter aſſans.

Explicit liber ſecundus Apicii Artoptus.

Vt omne olus ſmaradignũ fiat pulmẽtariũ ad uentrẽ.

| | |
|---|---|
| Aſparagos | Cucurbitas |
| Citrium | Cucumeres |
| Pipones melones | Maluas |
| Cimas & colliculos | Porros |
| Betas | Oliſera |
| Rapas ſiue napos | Raphanos |
| Olus molle | Herbæ ruſticæ |
| Vrticæ | Intybæ & lactucæ |
| Cardui | Funduli ſiue ſphondili |
| Carotæ & paſtinacæ | |

Incipit eiuſdem cepuros. Liber tertius.

De oleribus.

u T OMNE olus ſmaradignum fiat ſi cum nitro coquatur.

Pulmentarium ad uentrem.

B Etas minutas:& porros reqetos elixabis.in patina cõpones.tere pip. Cuminũ ſuffũdes liquamẽ:paſſũ ut quedã ducẽda ſit: facias ut ferueat.cum ferueret inferes ſimiliter polipodiũ in tepidã mittes.ubi mollierit rades.& minutũ cũ pipe:& cuminũ tritũ in patinã feruentẽ mittes & utaris. Aliter betaceos uarrones uarrobetacios ſed nigros:quoꝝ deterſas radices:& mulſo decoctas cũ ſale modico & oleo in ſe cocta iuſculũ facere & potari meli9:ẽt ſi in eo pullus ſit decoctus. Aliter ad uentrẽ apios uirides cũ ſuis radicib9 lauabis & ſiccabis ad ſolẽ:deinde albã & capita porroꝝ ſimul elixabis ĩ caccabo nouo:ita ut aq̃ ad tertias deferueat.i.ex trib9 eminis aquæ una remaneat.poſtea teres pip liq̃men.& aliq̃tũ mellis humore tẽpabis:& aquã apioꝝ decoctoꝝ collabis ĩ mortario:& ſupfundes apio.cũ ſimul ferueret appones.& ſi libitũ fuerit apios adiicies.

Aſparagi.

A Sparagos ſiccabis:rurſus im aquam callidam ſubmittes.

Calloſiores reddes cucurbitas ad guſtũ:cucurbitas coctas expreſſas in patinã cõpones.Adiicies in mortariũ pip cuminũ ſilfi modici.i.laſeris radicẽ rutã modicũ liq̃mẽ & aceto tempabis mittes defruti modicũ ut colet᷑.ius exinanies in patina. Cũ ferbuerit iteꝝ ac tertio depones.& pip minutũ aſpges. Aliter cucurbitas iure colocaſioꝝ cucurbitas coq̃s ex aq̃ in modũ colocaſioꝝ teres piper:cuminũ: rutã ſuffũdes.acetũ.liq̃mẽ tẽpabis in caccabũ:cui adiicies & eas cucurbitas inciſas expreſſas in ius mittes:ut ferueãt amulo obligas:pip aſpges & inferes.cucurbitas exprimis. ſale aſpges in patina cõpones teres piper cuminũ coriãdri

ſemen:mentā uiridē:laſeris radicē ſuffundes acetū adiicies carotā nucleū teres melle acetū liquamine defruto:& oleū tēpabis & cucurbitas pfūdes.cū ferbuerint pip aſpges & inferes. Aliter cucurbitas elixatas ex liqmine oleo mero. Aliter cucurbitas frictas œnogaro ſimplici & pipe. Aliter cucurbitas elixatas & frictas in patina cōpones. Cumina-tū ſupfūdes modico oleo ſupadiecto feruere facias & infe-res. Aliter cucurbitas frictas tritas piper liguſticū cuminū origanū cepā uinū liqmē & oleū amulo obligabis ī pati-na & inferes. Aliter cucurbitas cū gallina duracina tubera pip careū cuminū ſilfi cōdimēta uiridia mēta apiū coriā-drū puleiū caro mentā mel uinū liquamen oleū acetum.

## Citrium.

SIl montanū ſilfi mentā ſiccam acetum liquamen.

## Cumeres.

CVcumeres raſos ſiue ex liquamine ſiue ex œnogaro ſiue ructu & granitudine teneriores ſenties. Aliter cucumeres raſos elixabis cum cerebellis elixis cumino & melle modico. Apii ſemē liquamine & oleo bis obligabis. pip aſpges & inferes. Aliter cucumeres pip puleiū mel uel paſſum liquamen & acetū interdū & ſilfi accedit.

## Pipones & melones.

PIper puleium mel uel paſſum liquamen acetum in-terdum & ſilfi accedit.

## Maluas.

MAluas minores de grano ex liquamine oleo acetum maluas maiores in œnogaro pip liquamine careno uel paſſo.

## Cimas.

CImas:cuminū:ſalē:uinū & oleū ſi uoles pip liguſti cū:mētā;rutā:coriādrū;folia colliculoꝝ: liquamē:

uinũ:oleũ. Aliter colliculos elixatos media bis ſumma fo/lioꝝ teres cũ coriádro cepa:cumino:pipe:paſſo:uel care/no:& oleo modico. Aliter colliculi aſſati ĩ patina cõpoſita cõdiunť liquamine oleo mero cumino:ſup aſpges porrũ: cuminũ:coriandrũ uiridẽ ſup cõcides. Aliter colliculi cõdi ti ut ſupra cũ elixis porris coquanť. Aliter colliculos con/dies ut ſupra admiſces oliuas uirides & ſimul ferueãt. Ali/ter colliculis cõditis ut ſupra ſupfundes alicã elixã cũ nu/cleis & uua paſſa ſup aſperges. Porros.

PORros maturos fieri:pugnũ ſalis aquã & oleũ mix/tũ facies:& ibi coquas & eximes cũ oleo liquamine mero & inferes. Aliter porros aptos foliis colliculoꝝ & ĩ/primis coqs ut ſupra inferes. Aliter porros in bacca coctos ut ſupra inferes. Aliter porri quã elixati erunt. fabæ nõdũ cõditæ plurimũ admiſce cõdituræ:ĩ q̃ eos mãducaturꝰ es.

Betas.

COncides porrũ:coriádrũ:cuminũ uuã paſſam:fari/nã:& oĩa ĩ medullã mittes ligabis & ita ĩferes ex li/quamine oleo & aceto. Aliter betas elixas & ſinapi oleo modico & aceto bene inferuntur. Oliſera.

OLiſera in faſciculũ redacta manu ex liquamine oleo & mero bene inferunť uel cũ piſcibꝰ aſſis.

Rapas ſiue napos.

RApos ſiue napos elixatos exprimes. deinde teres cu/minũ plurimũ:rutã minꝰ:laſer parthicũ:uel acetũ: liquamẽ:defrutũ & oleũ modice feruere facias & inferes. Aliter rapas ſiue napos elixas inferes. oleũ ſubinſtillabis. Si uoles acetũ addes. Raphanos.

RAphanos cum piperato ita ut piper cũ liquamine teres. Olus molle.

OLus molle ex oliſatro cocto ex aq̄ nitrata expreſſum cõcides:minutũ teres pip̄ ligusticũ:ſatureiã ſiccã cũ cepa ſicca:liquamen:oleũ & uinũ. Aliter olus molle apiũ coquas ex aqua nitrata excides:& concides minutatim in mortario:teres:pip̄ liguſticũ:origanũ cepã uinũ:liquamẽ & oleũ coquas in pultario:& ſic apiũ cõmiſces. Aliter ol9 molle ex foliis lactucaꝝ cũ cepis coquas exaqua nitrata expreſſa;cõcides minutatim ĩ mortario teres pip̄ liguſticũ apii ſemẽ:mẽtã ſiccã:cepã liquamẽ:oleũ: & uinũ. Aliter ol9 molle ne areſcat ſũma qũæꝗ ãputat̃ & purgamẽta & caules malefactos in aqua abſynthii contegito.

Herbæ ruſticæ.

LIquamẽ oleo aceto a manu uel in patina pipere cu-mino baccis lentiſci. Vrticæ

VRticã fœminã ſole in ariete poſito aduerſus ægri-tudinem ſumes ſi uoles.

Intubæ & lactucæ.

INtuba ex liq̄mine oleo modico medice cepa conciſa p̄ lactucis.hieme intubæ ex embãmate uel melle & aceto. Agri lactucas cũ oxyporo aceto:& modico liqua-mine ad digeſtionẽ:& inflationẽ & ne lactucæ lædant cũ uncias.ii.Gimber unc.i.Rutæ uiridis unc.i.dactiloꝝ pin guiũ ſcrupulos.xii.piperis unc.i.mellis unc.viii.cuminũ æthiopũ aut ſyriacũ & poſteã infundes in aceto. Cum ſic cauerit dimidium coclearium liquamine & aceto modico miſces:aut poſt cœnam dimidium cocleare accipies.

Cardui.

CArduos liquamine oleo & ouis conciſis. Aliter car-duos:rutã:mentã:coriandrũ:feniculum:oĩa uiridia teres.addes piper liguſticum:uel liquamen & oleum.

## Spondili uel ſonduli.

SPhondili fricti ex œnogaro ſimplici. Aliter ſphondili elixi ex ſale oleo mero coriandro uiridi cõciſo & pipere ĩtegro. Aliter ſphondilos elixos ꝑfundes amulato ĩfraſcripto. Apii ſemẽ: rutã: mel: pip̃ teres: paſſum liquamẽ: & oleũ modice amulo obligas: pip̃ aſp̃ges & inferes. Aliter ſphondilos teres: cuminũ: rutã: liquamẽ: carenum modice oleũ: coriãdrũ uiridẽ & porrũ & ſphondilos ĩferes ꝓ ſalſo. Aliter ſphondilos elixatos prædurabis mittes in caccabũ oleũ liquamẽ pip: paſſũ: collocabis & obligas. Aliter ſphõdilos elixatos conteres & neruos eoꝝ eximes. deinde cũ eis alica elixata: & oua cõteres: liquamen: pip: iſicia ex his facies cũ nucleis & pipe ĩ augumẽto aſſabis: œnogaro cõtinges: & pro iſiciis inferes.

## Carotæ ſeu paſtinacæ.

CArotæ ſeu paſtinacæ fricto œnogaro inferunt̃. Aliter carotas ſale: oleo puro & aceto. Aliter carotas elixatas conciſas & cumino: oleo modico coques & inferes cuminatũ coliorũ facies.

Explicit Apicii Cepurica de oleribus Liber tertius.

## Apicii Celii Pandecter Liber quartus.

Salacattabia.
Patinæ piſcium holerum & pomorum
Minutal de piſcibus uel iſiciis.
Ptiſana uel ſuccum. Guſtum.

## Salacattabia.

SAlacattabia pip: mẽtã: apiũ: puleiũ aridũ: caſeũ: nucleos: pineos: mel: acetũ: liquamẽ: ouoꝝ uitella: aquã recẽtẽ: panẽ ex poſca maceratũ exprimes: caſeũ bubulũ: cucumeres in caccabulo cõpones

ĩterpoſitis nucleis mittes cócíſi capparis minuti iecuſculis gallinarꝝ ius ꝑfũdes ſup frigidã collocabis:& ſic appones. Aliter ſalacattabia apiciana adiicies í mortario apii ſemẽ: puleiũ aridũ:mentã aridã:Gingiber:coriãdrũ uiridẽ:uuã paſſã:enucleatã;mel:acetũ:oleũ:& uinũ cõteres.adiicies í caccabulo panis picẽtini tria fruſta:ĩterpones pulpas pul/li:glãdulas hædinas:caſeũ:ueſtinũ:nucleos pineos:cucu/meres:cœpas aridas:minute cõciſas:ius ſupra ꝑfũdes.In/ſup niuẽ ſub ora aſpges & inferes.Aliter ſalacattabia.pa/nem alexãdrinũ excauabis in poſca macerabis.Adiicies in mortariũ piper:mentã:alliũ:coriandrũ uiridẽ;caſeũ bu/bulum ſale conditũ:aquã:oleũ:ínſuper uinũ:& inferes.

Patina piſcium olerum & pomorum.

PAtina quottidiana:cerebella elixata teres.tñ pip cu/minũ: laſer cũ liq̃mine: carenũ cũ lacte: & olus ad ignẽ lenẽ uel ad aquã calidã coques.Aliter patina uerſati/lis nucleos:nuces fractas teres eas & teres cũ melle pipe li/quamine lacte & ouis:olei modicũ.Aliter patina tirſũ la/ctucæ teres cũ pipe liq̃mine careno:aquã oleo coques:ouis obligabis:pip aſpges & inferes. Aliter patina friſilis acci/pies oliſatra purgas:lanas:coques.Adiicies í mortario pip ſcrupulos.vi.ſuffũdes liq̃mẽ fricabis:poſtea adiicies cere/bella fricabis interim adiicies.oliſatra & ſimul cõteres po/ſtea franges oua.viii.Adiicies cyathũ liquaminis uini cia/thũ paſſi cyathũ:cõtrita ſimul tẽpabis.patinã punges im/pones ĩtermoſpodio.poſtea q̃ď coctũ fuerit:piper aſpges: & inferes.Aliter patina de aſparagis frigida accipies aſpa ragos purgatos í mortario fricabis aqua ſuffũdes:ꝑfrica/bis:ꝑ colũ colabis:& mittes ficedulas curtas tres:in mor/tario piperis ſcrupulos.ſed adiicies liquamen fricabis uini

cyathũ:uini paſſi cyathũ mittes in caccabulũ olei unc.iii:
illic ferueãt pungues patinã.in ea oua.vi.cũ œnogaro mi/
ſces cũ ſucco aſparagi ĩpones cineri calido.mittes ĩpẽſam
ſupraſcriptã:tunc ficedulas cõpones:coques pip aſpges &
inferes. Aliter patina de aſparagis adiicies ĩ mortario aſpa
ragoꝝ præciſuras:quæ proiiciunt̃.teres pip liguſticũ:co/
riandrũ uiridẽ:ſatureiã:cepã:uinũ liquamẽ & oleũ ſuccũ
tranſferes in patellã punctã:& ſi uolueris oua diſſolues ad
ignẽ:ut obliget:pip minutũ aſpges. Aliter patinã ex ruſti/
cis ſiue tinis:ſiue ſinapi uiridi:ſiue cucumere:ſiue collicu/
lis. ita facies ſi uolueris ſubſternes pulpas piſciũ uel pul/
loꝝ. Aliter patina de ſambuco calida & frigida. Accipies
ſemẽ de ſambuco purgabis:ex aqua decoques ſpeculũ ex
ſiccabis patinã:cõpones ad ſurcellũ:adiicies pipis ſcrupu/
los.vi.ſuffunde liquamen:poſtea adiicies liquaminis cya/
thũ.i.uini cyathũ:paſſi:cyathũ teres.tantũ in patinã mit/
tes olei unci.iiii.pones intermoſpodio & facies ut ferueat.
Cum ferueri franges poſtea oua.vi.agitabis:& patinã ſic
obligabis. Cum obligaueris:pip aſperges & inferes patinã
de toris accipies roſis & exfoliabis.album tolles.mittes in
mortariũ.ſuffũdes liquamẽ:fricabis:poſtea mittes liqua/
minis cyathũ unũ:& ſuccũ p colũ collabis. Accipies cere/
bella q̃ttuor eneruabis & teres:pipis ſcrupulos.viii.ſuffũ/
des ex ſucco fricabis.poſtea oua octo frãgis.uini cyathum
unũ paſſi cyathũ unũ olei modicũ.poſtea patinã punges:
& eam impones cineri calido:& ſic impẽſam ſupraſcriptã
mittes cũ cocta fuerit intermoſpodio:piperis puluerẽ ſup
aſpges & inferes. Aliter patina de cucurbita. Cucurbitas
elixas & frictas:in patina cõpones:cuminatũ ſupfundes:
modico oleo ſuperadiecto:feruere facias:& inferes patina

de apabadiade ex oleo maceras in cumana cópones.adii/
cies oleũ:liquamen:uinũ. Alligas faſciculos rutæ & ori/
ganũ:& ſubinde faſciculos: apabadialis cum cocta fuerit
proicies faſciculos:& piper aſperges & inferes. Aliter pa/
tina de abua ſiue apua pulpas piſcis aſſi uel eliſſi minuta/
tim facies ita abũdanter:ut patinã qualẽ uoles adimplere
poſſis:teres piper:& modicum rutæ:ſuffundes liquamen
quod ſatis erit & olei modicũ & cómiſces in tina cũ pul/
pis.ſic & oua cruda cófracta:& unũ corpus fiat. deſuper
leuiter cópones:urticas marinas:ut nó eũ ouis miſceant.
impones ad uaporem ut cũ ouis ire poſſint:ut cũ ſiccaue/
rint:ſuper aſpergis piper tritũ:& inferes ad mentã:nemo
agnoſcet quid manducet. Aliter patinam ex lacte nucleos
infundes:& ſiccas eos recetites impræparatos habebis ac/
cipies patinã.& in ea compones ſingula infraſcripta:me/
diana maluarũ & betarum & porros maturos apios olus
molle & uiridia elixa.pullum raptũ & iure coctum cere/
bella elixa lucanica oua dura per mediũ inciſa mittes.lo/
ganones porcinos ex iure tarentino farſos coctos: conci/
ſos in cinere pullorum pulpas: piſcis fricti: urticas mari/
nas pulpas oſtreorum:caſeos recentes alternis compones:
nucleos & piper integrum aſperges. Ius tale profundes:
piper liguſticum apii ſemen ſilfii coques. At ubi cocta fu/
erit lac colas: cui cruda oua commiſces ut unum corpus
fiat.& ſuper illa omnia perfundes cum cocta fuerit echi/
no recentiores piper aſperges & inferes.

Patinã apicianã ſic facies. fruſta ſuminis cocti pulpas
piſciũ: pulpas pulli: ficedulas uel pectora turdorꝝ cocta:
& quæcũq; optima fuerint.hæc omnia concides diligẽter
præter ficedulas.oua uero cruda cum oleo diſſoluis:teres:

pip̄ liguſticū:ſuffundes:liquamē:uinū paſſū:& in cacca/
bum mittes:ut calefiat:& amulo obligas. Antea tñ pulpas
conciſas uniuerſas illuc mittes:& ſic bulliat. At ubi coctū
fuerit leuabis cū iure ſuo:& ī patella alternis detrulare fū/
des cū pip̄i grana ītegra:& nucleis:pineis. ita ut p̄ ſingula
coria ſubſternas diploidē:in laganū ſimiliter quotquot la/
gana poſueris tot trullas imples deſup̄ adiicies uinū uero
laganū fiſtula percuties:& ſup̄ impones: piper aſperges:
ante tamen illas pulpas:ouis cōfractis obligabis:& ſic in
caccabū mittes:tum impenſam patellam æneam quàlem
debes habere infra oſtendatur patina quottidiana.

Accipies fruſta ſuminis cocta:pulpas piſcium coctas:
hæc oīa cōdies diligēter. Accipias patellā æneā oua cōfrin
ges in caccabū & diſſolues adiicies in mortariū:pip̄ ligu/
ſticū origanū:fricabis ſuffundes:liquamen:uinū paſſum:
& oleum modice exinanies in caccabum facies ut ferueat.
Cum feruerit:& obligas pulpas:quas ſubcultraſti in ius
mittis. ſubſterne diploides:patinā æneā:& trullam plenā
pulpæ:& diſpergis oleū:& laganū pones ſimiliter:quot/
quot lagana poſueris:tot trullas impenſæ adiicies. unum
laganum fiſtula percutis:a ſuperficie uerſas in diſcum:in/
ſuper in ſuperficiem pones:piper:aſperges & inferes.

Patina uerſatilis uice dulci:nucleos:pineos:nuces:fra/
ctas:& purgatas attorebis eas:teres cū melle pipe liquami
ne lacte ouis modico melle:& oleo:patellam tirotaricā ex
quocūq; ſalſo uolueris coques:ex oleo exoſſabis & cerebel
la cocta pulpas piſciū. Iecuſcula pulloꝝ:caſeū mollē ex/
caldatū:hæc omnia calefacies in patella:teres:piper ligu/
ſticū:origanū: rutæ:baccā:uinū:mulſum:oleum: patella
ad lentū ignem:ut coquatur:ouis crudis obligabis:ador/

dinabis cuminū minutū:aſperges & inferes.

Patellā ſiccā iſicia turſiōe eneruabis cōcides minutatim teres pip̄ liguſticū:origanū:petroſelinū:coriandrū:cuminū rutæ baccā:mētā ſiccā ipſū turſionē:iſicia deformabis. Vinū liq̄mē:oleū coques.coctū ī patellā collocabis.ius in ea facies:piper liguſticū:ſatureiā:cepā:uinū:acetū:oleū:trāſferes in patellā coques amulo obligas:timū & pip̄ minutū aſp̄ges:& de q̄cunq; libra ſi uolueris facies ut ſupra.

Patina de apua.fricta apua lauas oua confringes:& cū aq̄ cōmiſces.adiicies liq̄mē:uinū:oleū:facias ut ferueat & cū feruerit mittes apuā cū duxerit ſubtiliter uerſas facies ut colore œnogaꝵ ſimplex p̄fūdes pip̄ aſp̄ges & inferes.

Patina ex lagitis & cerebellis:friges oua dura cerebella elixas & eneruas cirema pulloꝵ coques.hæc omnia diuides præter piſcem cōpones in patina præmiſta ſalſum coctum in medio pones:teres piper liguſticum:ſuffundes ut dulcis ſit:piperatū mittes in patinā facies ut ferueat:cum ferbuerit ramo rutæ agitabis:& amulo obligabis.

Patina amuloꝵ loco ſalſi mulos rades in patina nuda. Compones adiicies ut ferueat cū ferbuerit:mulſum mittes aut paſſum piper aſperges & inferes.

Patina piſcium loco:ſalſi piſces qualeſlibet curatos friges in patina compones adiicies olei quod ſatis eſt.& ſalſum interpones facies ut ferueat:cū ferbuerit:mittes mulſum & ius agitabis.

Patina piſciū:piſces qualeſlibet rades & duratos mittes cepas ſiccas:aſcalonias uel alterius generis cōcides in patinam & piſces ſuper compones.adiicies liquamen oleum cum coctum fuerit:ſalſum coctū in medio pones.addendum acetum aſperges:& coronam bubulam.

Patellã lucretianam: cepas pallacanas purgas. uiridia earꝝ ꝓicies in patinã cõcides liqminis modicum oleum & aquã dũ coquit᷑: ſalſũ crudũ in mediũ ponis. At ubi cũ ſal ſo ꝓpe cocta fuerit melle cocleare aſpges aceti & defruti puſillũ guſtas ſi fatuũ exuerit liqmẽ adiicies ſi ſalſũ mellis modicum & coronam bubulam aſpergis ut bulliat.

Patinã zomore ganonas crudos quoſlibet piſces in pa-tina cõpones. adiicies oleũ: liquamen: uinũ coctum. faſci-culũ porri: coriandri: dũ coquat᷑: teres pip liguſticũ: ori-gani faſciculũ de ſuo ſibi fricabis: ſuffũdes ius de ſuo ſibi: oua cruda ſolues tempera exinanies in patinam facies ut obliget: cum tenuerit piper aſperges & inferes.

Patina ſolearum. ſoleas battues & curatas compones in patina adiicies oleum: liquamẽ: uinũ: dum coquitur teres piper liguſticũ: origanum fricabis: ſuffundes ius oua cru-da ut unum corpus facies. ſuper ſoleas refundes lento igni & coques. cum duxerit piper aſpergis & inferes.

Patina de piſcibus: piperis unc. garœni eminam cõdi-ti eminam olei unc. ii.

Patina de piſcib9: uuã paſſã: pip liguſticũ: organũ: ce-pã: uinũ: liquamẽ: oleũ: nõ feres in patellã: cũ cocta fuerit: adiicies ĩ ipſam piſciculos coctos: amulo obligas & ĩferes.

Patina de piſcib9: denticẽ auratã: & mugilẽ accipies pi ſces curatos ſubaſſabis: poſtea eos in pulpas carpeas: dein de oſtrea curabis. Adiieies ĩ mortariũ: pipis: ſcrupulos. vi. ſuffundes liquamẽ: fricabis: poſtea adiicies liqminis: cya-thũ unũ: uini cyathũ: unũ: mittes in caccabũ: & olei unc. iii. & oſtrea: œnogaꝝ facies feruere: cũ ferbuerit: patinã p ungis: & in pulpã ſupraſcriptã mittes: & in cõdituram de oſtreis facies: ut ferueat: cũ ferbuerit frãges: oua. xl. infun-

des ſuper oſtrea:cũ ſtrinxerint piper:aſperges & inferes.

Patina de piſce lupo.teres:piper:cuminũ:petroſelinũ:
rutam:cepã:mel:liquamẽ:paſſum olei guttas.

Patina de ſorbis calida & frigida:accipies ſorba:pur/
gas in mortario fricabis per colũ colabis cerebella enerua
bis quattuor cocta mittes in mortario:piperis ſcrupulos
:viii.ſuffundes liquamẽ fricabis:adiicies orba in ſe contẽ/
pabis.franges oua.viii.adiicies cyathũ liquaminis unum
patinã mundã perunges & intermoſpodio pones & ſic eã
impẽſam mittes: ac ſubtus ſupra termoſpodiũ habeat:cũ
cocta fuerit:piper minutum aſpergis & inferes.

Patina de piſcibus perſica duriora purgabis fruſtatim:
concides:elixas in patina compones:olei modicũ ſuper in
ſtillabis & cum cuminato inferes.

Patina de pyris:pyra elixa & purgata eſt medio teres:
cum pipe:cumino: melle:paſſo:liquamine:oleo:modico:
ouis myxis:patinã facies piper:ſuper aſpergis & inferes.

Patina urticarũ calida & frigida:urticam accipies:la/
uas.colas per colũ.ex ſiccabis in tabula:eam cõcides teres
piperis ſcrupulos .x. ſuffundes liquamen. fricabis poſtea
adiicies liquaminis cyathos duos:olei unc.vi. Caccabus
ferueat.Cum ferbuerit coctum tolles ut refrigeſcat.poſtea
patinam mundam perunges. frãges oua octo:& agitabis
perfundes ſubtus ſupra cinerem calidum habeat coctum:
piper minutum aſpergis & inferes.

Patina de cydonis. Mala cydonia cũ porris melle liq̃/
mine oleo defricato coqueſcet:inferes uel elixata ex melle.

Minutal marinũ piſces in caccabũ adiicies liquamen:
oleum:uinũ:cocturã:porros capitatos:coriandrũ:minu/
tatim cõcides.iſiciola de piſcibus minuta facies:& pulpas

piſcis cocti cum caparis urticas marinas bene lotas mittes
hæc omnia:cũ cocta fuerint:teres:piper liguſticum:ori/
ganum fricabis:ſuffundes liquamẽ:ius de ſuo ſibi exina/
nies in caccabũ. Cum ferbuerit:tractam confringes:obli/
gas:cum ferbuerit agitas:piper aſpergis & inferes.

Minutal tarentinũ cõcides in caccabũ albamẽ de por/
ris minutatim: adiicies oleũ: liqmen:cocturã iſiciola uel
deminuta & ſic temperas ut tenerũ ſit iſciũ tarentinũ fa/
cies.Inter iſiciã cõfectionẽ iuenies ius tale facies.pip ligu
ſticũ:origanũ fricabis:ſuffundes liqmẽ.ius de ſuo ſibi ui/
no & paſſo tẽperabis:mittes i caccabũ:cũ ferbuerit tractã
confringes:obligas:piper aſpergis & inferes.

Minutal apicianũ:oleũ:liqmen:uinũ:porrũ capitatũ:
mentã:piſciculos:iſiciola minuta teſticulos caponũ:glan/
dulas porcellinas.hæc oĩa in ſe coquant':teres:piper ligu/
ſticũ:coriandrũ uiridẽ uel ſemen.ſuffundis liqmẽ adiicies
mellis modicũ:& ius de ſuo ſibi uino & melle temperabis
facias ut ferueat cum ferbuerit tractam confringes : obli/
gas:coagitas:piper aſpergis & inferes.

Minutal matianũ:adiicies in caccabũ:oleũ:liqmẽ:co/
cturã cõcides porrũ:coriãdrũ:iſicia minuta:ſpatulã:por/
cinã coctã:teſſellatim:cõcides cũ ſua ſibi tergilla.facies ut
ſimul coquant' media coctura mala matiana purgata in/
trinſecus conciſa teſſelatim mittes dũ coquit':teres:piper:
cuminũ:coriãdrũ:uiridẽ uel ſemen:mentã:laſeris radicẽ:
ſuffundis acetũ:mel:liquamen:defrutũ:modice. & ius de
ſuo ſibi aceto modico tẽperabis.cũ ferbuerit tractam cõ/
fringes.& ex ea obligas piper aſperges & inferes.

Minutal dulce ex citriis:adiicies i caccabo oleũ liqua/
men cocturã porrũ capitatũ cõcides coriãdrũ minutatim:

ſpatulam porcinã coctã iſiciola minuta dum coquit teres piper cumino coriandrũ uel ſemen:rutã uiridẽ:laſeris radicem ſuffundis:acetũ:defrutũ. Ius de ſuo ſibi aceto temperabis ut ferueat. Cum ferbuerit:citriũ purgatũ introferas teſſellatim cõciſſum & elixatum in caccabum mittes: tractã cõfringes & ex ea obligas piper aſpergis & inferes.

Minutal ex præcoque:adiicies in caccabo oleũ: liquamen:uinum:cõcides cepam aſcaloniam aridam. ſpatulam porcinã coctã teſſellatim cõcides. his omnibus coctis teres piper:cuminũ:mentã:ſiccã anetũ ſuffundis mel:liquamẽ: paſſum:acetũ:modice ius de ſuo ſibi tẽperabis præcoqui enucleata mittes. facies ut inferueãt donec percoquantur: fracta cõfringes. ex ea obligas piper aſpergis & inferes.

Minutal ex iocinoribꝰ & pulmonibꝰ leporis. inuenies inter lepores queadmodũ facies. adiicies in caccabũ liquamen:uinũ:oleũ:cocturam porroꝝ & coriandrũ cõciſum: iſicia minuta:ſpatulã porcinã coctã teſſellatim:cõciſam & in eundẽ caccabũ mittes. Dum coquit teres:piper ligusticum:origanũ. Ius de ſuo ſibi uino & paſſo temperabis facies ut ferueat:cum ferbuerit tractam confringes:& ex ea obligas:piper aſpergis & inferes. Minutal ex roſis eodem iure ſupraſcripto ſed paſſum plus adiicies.

Ptiſana uel ſuccum.

PTiſanam uel ſuccũ. ptiſanam ſic facies ptiſanam lauando fricas:quã ante diem infundes. Impones ſupra ignem calidum cum ferbuerit mittes olei ſatis & aneti modicũ: faſciculũ: cepam:ſiccam ſatureiam & coledium ut ubi coquantur ꝑpter ſuccum mittes coriandrũ uiridẽ & ſalem ſimul tritũ. & facies ut ferueat. Cum bene ferbuerit tolles faſciculũ:& tranſferes in alteꝝ caccabũ. ptiſanã

ſic ne fundũ tãgat ꝑpter cõbuſturã ligas & colas in cacca/
bo. ſupra acronẽ coloeſiũ teres piper liguſticũ: pulei aridi
modicũ cuminũ & ſilfi frictũ: ut bene tegat́ ſuffũdis ace/
tũ defrutũ: liquamẽ refũdis in caccabũ: ſed coloeſiũ acro/
nẽ facias ut ferueat ſup ignẽ lentũ. Ptiſanã barricã infũdis
Cicer: lenticulã piſa: defrixas ptiſanã. & cũ leguminibꝰ eli/
xas. ubi bene bullierit: olei ſatis mittis: & ſup uiridia cõci/
dis porrũ: coriãdrũ: anetũ: phœniculũ: betã: maluã: colli/
culũ: molle & uiride minutatim cõciſa in caccabũ mittis.
colliculos elixas: & teres phœniculi ſemẽ ſatis origanũ ſil/
fi. liguſticũ poſtq̃ tribueris liq̃mine tẽperabis: & ſup legu/
mina refundis & agites. Colliculoꝝ minutas ſup cõcidis.

## Guſtum.

GVſtũ uerſatile: albas betas minutas: porros reqetos
apios: bulbos: cocleas elixas: Gingibera: pulloꝝ au/
cellas: iſicia coquas: ex iure pungis patinã: & folia malua/
rũ ſubſternis: & præmixta olera cõponis: ſicut laxa ꝑmi/
ſces: bulbos inuerſos damaſcenas cocleas: iſicia lucanicas
breues cõcidis: liq̃mine oleo: uino: aceto: ponis ut ferueat.
Cũ ferbuerit teres pip liguſticũ: gingiber: pyretrũ modi/
cũ fricabis. ſuffundis & facies ut bulliat. patina oua com/
plura cõfringis: & ius mortarii reliquũ cõmoues. cõmiſces
patinã obligabis. Dum ducis oœnogaꝝ ad eam ſic facies.
Teres piper liguſticũ: fricabis: ſuffundis liquamen: & ui/
no paſſo temperabis in caccabulo mittis olei modicũ fa/
cies ut ferueat: cum ferbuerit amulo obligas: patinã uer/
ſas in lancem folia maluaꝝ ante tollis œnogaro ꝑfundis.
inſuper piper aſpergis & inferes.

Guſtum de oleribus condies bulbos liquamine oleo &
uino cũ cocti fuerint: iecinora porcelli & gallinaꝝ & un/

gellas & ſcellas diuiſas. hæc omnia cum bulbis ferueant: cũ ſerbuerint teres pip̄ liguſticũ: ſuffundis liquamen uinũ & paſſum ut dulce ſit ius de ſuo ſibi ſuffundis. reuocas in bulbos cum ferbuerint ad momentũ amulo obligas.

Guſtũ de cucurbitis farſilibꝰ. Cucurbitas a latere ſubtiliter ad modũ teſſellæ oblõgæ decidas & excauas & mittis in frigidã ĩpẽſã ad eã ſic facies. Teres pip̄ liguſticũ. origanũ ſuffundis liq̃mẽ: cerebella cocta teres oua cruda diſſolues & mittes ut unũ corpus efficias liq̃mine tẽp̄abis & cucurbitas ſupraſcriptas nõ plene coctas: & ex ea impenſa imples. de teſſella ſua recludis: ſurclas: & coctas eximes & frigis œnogarꝛ ſic facies. teres pip̄ liguſticũ: ſuffũdis uinũ & liq̃mẽ paſſo tẽp̄abis. olei modicũ mittis ĩ caccabũ: & ſic facias ut ferueat. cũ ferbuerit amulo obligas. & cucurbitas frictas œnogaro p̄fundis: & piper aſpergis & inferes.

Guſtum de p̄coquis. Duracina primotica puſilla præcoquia purgas enucleas: in frigidam mittis: in patina cõponis. teres piper: mentã ſiccam. ſuffundis liquamẽ: adiicies mel: paſſum uinũ & acetum refundis in patina ſuper precoquia: olei modicũ mittis & lento igni ferueat. amulo obligas. piper aſpergis & inferes.

Explicit Apicii pandecter liber quartus.

## Apicii Celii Oſprion. Liber quintus.

| | |
|---|---|
| Pultes | Ptyſana & alica |
| Lenticula | Fabatia uiridis & baianæ |
| Piſa | Fœnum græcum |
| Concicla | Faſeoli & cicer |

### Pultes.

p Vltes Iulianæ ſic coquãť. Alica purgata ĩfũdis. coques facies ut ferueat cũ ferbuerit oleũ mittis.

cũ ſpiſſauerit ligas diligẽter. Adiicies cerebella duo cocta & ſelibrã pulpæ q̃ſi ad eſicia liate cũ cerebellis teres: & in caccabũ mittis. Teres pip̃ liguſticũ phœniculi ſemen ſuf/fũdis liquamẽ: & uinũ modice mittis in caccabum: ſupra cerebella & pulpã ubi ſatis fuerit: cum iure miſes. Ex hoc paulatim alicam condies: & ad trullam per miſces: & lias: ut quaſi ſuccus uideatur.

Pultes cum iure œnogari cocti: pultes œnogari bene co cti iure condies copadias inulam ſiue alicam coctam: hoc iure condies: & cum copodiis porcinis apponis œno cocti iure conditis.

Pultes tractogale lactis ſextarium: & aquæ modicum mittis in caccabo nouo: & lẽto igni ferueat: teres ſorbicu/los tracte ſiccas & cõfringis & partib9 in læſum mittis ne uatura quædam miſcendos agitabis cum cocta fuerit: ut & ſuper ignem mittis: melle ex muſteis cum lacte: ſimili/ter facies: ſalem & oleum: minus mittis.

Pultes alicam purgatam infundis: coques dum ferbu/erit oleum mittis. Cum ſpiſſauerit adiicies cerebella duo cocta: & ſelibrã pulpæ q̃ſi ad eſicia: liate cũ cerebellis teres & in caccabũ mittes. Teres piper liguſticũ: phœniculi ſe/mẽ ſuffundis: liquamẽ & meri modicũ & mittis in cacca/bũ: ſupra cerebella & pulpã: ubi ſatis fuerit: cũ iur̃ miſces. Ex hoc paulatĩ alicã cõdies: ſed ius ut q̃ſi ſuccus uideatur.

Lenticulam.

LEnticulã ex ſphondilis ſiue fondilis accipies cacca/bũ mundũ adiicies in mortariũ pip̃: cuminũ: ſemen coriandri: menta rutæ pulei fricabis. Suffundis acetũ: adii cies mel liquamen: & defrutũ aceto temperabis: reexina/nies ĩ caccabos ſphõdilos elixatos teres & mittis ut ferueãt.

Cum bene ferbuerint obligas:adiicies inuolutari oleũ ui/
ridem lenticulam.

De caſtaneis:accipies caccabũ nouũ & caſtaneas pur/
gatas diligẽter mittis:adiicies aquã & nitrũ modice facias
ut coquatur.Cũ coquit’ mittes in mortario:piꝑ:cuminũ:
ſemẽ coriandri:rutæ:laſeris radicẽ:mentã: puleiũ:fricabis
Suffundis:acetũ:mel:liquamẽ:aceto temꝑabis:& ſuꝑ ca/
ſtaneas coctas refundis.Adiicies oleũ:facies ut ferueat.Cũ
ferbuerit tutunclabis ut in mortario trias.Guſtas ſi ꝗd de/
eſt:addes cũ inuolitare miſeris:addes oleũ uiridem.Aliter
lenticulã coquis:cũ deſpumaueris porrũ & coriandrũ uiri
dem ſuꝑmittis:Coriandri ſemẽ:puleiũ:laſeris radicẽ:ſemẽ
mentæ & rutæ ſuffundis:acetũ adiicies melle:liquamine:
aceto:defruto tẽꝑabis:adiicies oleũ agitabis:ſi ꝗd opus fu/
erit mittis: amulo obligas: Inſuper oleũ uiridẽmittis:piꝑ
aſpergis & inferes.

Piſa.

Piſum coques cũ deſpumauerit:porrũ: coriandrũ:&
cuminũ ſupramittis.Teres:piꝑ liguſticũ:careũ:hoc
eſt cara uita careũ anetũ:ocymũ:uiridem ſuffundis:ligno
& liquamine temperabis:acies ut ferueat. Cum ferbuerit
agitabis.ſi quid defuerit mittis & inferes.

Piſam farſilem coques:cui oleum mittis abdomen:&
mittis in caccabũ liquamen & porrum capitatũ: Corian/
drum uiridem imponis ut coquatur.Eſicia minuta facies
quadrata:& coques ſimul turdos uel aucellas uel de pullo
cõciſo:& cerebella ꝓpe cocta. Cum ius cello coque luca/
nicas:petaſonẽ elixas.porro ex aqua coques nucleoꝝ emi
nam frigis:teres:piꝑ liguſticũ:origanũ:Zinziber ius ab/
dominis fundis:deinde nucleos aſpergis: ut ſupra piſam
mittis ut tegas fundũ angularis:& ſic cõponis ſupra pe/

taſonis pulpas porros lucanicas conciſas.iteꝝ piſam ſuꝑ/
mittis.Item alternis aptabis obſonia quouſq; impleat̃ an/
gularis:nouiſſime piſa admittis:ut intus oĩa cõtineat co/
ques in furno uel lento igni imponis ut ducat ad ſe deorſũ
oua dura facies:uitella eicies.in mortario mittis cũ pipe al
bo:nucleis:melle uino cãdido:& liq̃mine modico teres: &
mittis in uas:ut ferueat:cũ ferbuerit: piſam mittis in lan/
cem:& hoc iure perfundis.hoc ius candidum appellatur.

Piſum indicũ piſum coques cũ deſpumauerit porrũ &
coriãdrũ concides & mittes in caccabũ ut ferueat:& acci/
pies ſepias minutas ſic q̃uo ſunt cũ atramẽto ſuo ut ſimul
coquant̃:adiicis oleũ:liquamẽ & uinũ: faſciculũ porri &
coriãdri facies ut coquat̃.Cũ coctũ fuerit teres piꝑ liguſti
cũ:origanũ:carei modicũ ſuffũdis ius de ſuo ſibi uino:&
paſſo tẽꝑabis.ſepias minutatim cõcides: & in piſũ mittes
piꝑ aſꝑges piſũ coques:agitabis & mittis ĩ frigidã.cũ refri
greauit:deinde agitabis.Cõcidis cepã minutatim:& alba/
mẽtũ oui:oleo & ſale cõdies: aceti modicũ adiicies:in bol
letũ uitellũ oui cocti colas ĩſuꝑ oleũ uiride mittis & ĩferes.

Piſam uitellianam ſiue fabam piſam coques lias teres
piper liguſticum zinziber:& ſuper cõdimenta mittis ui/
tella ouoꝝ: quæ dura coxeris:mellis unc.iii.teres:liqua/
men:uinum & acetum:hæc omnia mittis in caccabum &
condimenta quæ triuiſti adiecto oleo ponis:ut ferueat.
condies piſam:lias ſi aſpera fuerit melle mittis & inferes.

Aliter piſa ſiue faba ubi deſpumaueris:teres liquamẽ:
mel:carenũ:cuminũ:rutã:apii ſemẽ:oleũ:& uinũ:tutun/
clabis cũ pipere trito:& cũ iſiciis inferes. Aliter piſam ſi/
ue fab ım deſpumatam ſubtrito laſere parthico liq̃men:&
careno condies;oleum modice ſuperfundis & inferes.

Piſam adulterã uerſatilem coques: piſam cerebella uel
aucellas:uel turdos exoſſatos a pectore:lucanicas iecinora
zizeria pullorũ in caccabũ mittis:liq̃men: oleũ:faſciculũ
porri capitati:coriandrum uiridem concidis:& cum cere/
bellis coques:teres piper liguſticum & liquamen.

Piſam ſiue fabã uitellianam:piſam ſiue fabam coques:
cum deſpumauerit mittes porrum:coriandrum: & flores
maluaꝝ. Dũ coquit̃:teres:piꝑ liguſticũ:origanũ:phœni/
culi ſemen:ſuffundis liq̃men:& uinũ in caccabũ:adiicies
oleũ:cũ ferbuerit agitas oleũ uiride inſuꝑ mittis:& ĩferes.

## Concicla.

COnciclam cum faba coques:teres piper liguſticũ:
cuminũ:coriandrum uiridem ſuffundis:liquamen
uino:& liquamen in ea tẽperabis:mittis in caccabũ:adii/
cies oleum:lento igni ferueat & inferes.

Conciclam apicianam:accipies cumanam mundã:ubi
coques piſum. Cui mittis lucanicas conciſas:iſiciola por/
cina:pulpas:petaſonem:teres piper liguſticum:origanũ:
anetum:cepam ſiccam: coriandrũ uiridem: ſuffundis li/
quamen:uino:liquamineq; temperabis mittis in cumanã.
cui adiicies oleum:perungis ubiq;:& cũ bibat: oleũ igni
lento coques:ita ut ferueat & inferes:

Cõcicla de piſa ſimplici:piſam coques cũ deſpumaue/
rit:faſciculũ porri:& coriandri mittis:Dum coquit̃:teres
piper liguſticũ:origanum:faſciculum:de ſuo ſibi fricabis
ſuffundis liquamine temperabis:mittis ſuper adiicies oleũ
& lento igni ferueat & inferes.

Concicla cõmodiana:piſam coques cum deſpumauerit
teres piper liguſticũ:anetũ:cepã ſiccã ſuffundis liquamen
uino & liquamine tẽperabis:mittis in caccabũ ut cõbibat

Deinde oua quattuor ſolues. in ſextariũ piſæ mittis in cu/
mana ad ignẽ ponis: ut ducat & inferes. Aliter cóciclã ſic
facies. Concidis pullũ minutatim liquamine: oleo: & uino
ferueat. cócidis cepã: coriãdrũ minutũ cerebella eneruata:
mittis in eundẽ pullum. Cum coctus fuerit: lauas exoſſas:
cócidis minutatim cepã & coriandrũ. colas ibi piſam co/
ctam: nõ códitas accipies cóciclam pro modo cóponis ua/
rie. deinde teres piper cuminũ ſuffundis ius de ſuo ſibi. Itẽ
in mortario oua duo diſſolues. tẽperas ius de ſuo ſibi ſuf/
fundis piſæ integræ elixæ uel nucleis adornabit & lento
igni feruere facias & inferes. Aliter cócicla cóciclatus pul/
lus: uel porcellus exoſſatus pullum a pectore femora eius
iungis in porrectũ ſurculo alligas & impẽſam. Concicla
farſilis paras & facies. Alternis piſam lotam: cerebella: lu/
canicas & cætera: teres pip ligusticũ origanũ: & gingiber
liquamen ſuffundis: paſſo & uino tẽperabis: facies ut fer/
ueat. & cum ferbuerit mittis modice: & ipſam códieris al/
ternis in pullo cóponis omẽto tegis & in opculo deponis:
& in furnum mittis: ut coquantur paulatim & inferes.

Tiſana & alica.

TIſanam & alicam. Alicã uel ſuccũ tiſanæ ſic facies.
Tiſanã uel alicã lauando fricas: quã ante diẽ infun/
dis: imponis ſup ignẽ uel dum cũ bullierit mittes olei ſa/
tis & aneti modicũ. faſciculũ: cepã ſiccã: ſatureiam: & co/
lonium ut ibi coquantur: ꝑpter ſuccum mittis coriandrũ
uiridẽ & ſalẽ ſimul tritũ & facies ut ferueat. Cũ bene fer/
buerit tollis faſciculum & trãſfers in altero caccabo tiſanã
ſic ne fundũ tangat ꝑpter cóbuſturam. ligas bene & colas
in caccabo ſup acronem coloniũ. teres pip liguſticũ: pulei
aridi modicũ. cuminũ ſil frictũ ut bene tegatur ſuffundis

mel acetũ defrutũ liq̃men reſundis in caccabũ. ſed coloſiũ acronẽ facies ut ferueat ſup ignẽ lẽtũ. Aliter ptiſanã infũ/dis cicer lẽticulã. piſam defricas ptiſanã & cũ leguminib9 elixas. Vbi bñ bullierit olei ſatis mittis. & ſup uiridia cõ/cidis porrũ coriãdrũ anetũ phœniculũ mollẽ. hæc uiridia mina cõciſa in caccabũ coliculos elixas & teres phœniculi ſemẽ ſatis origauũ ſilphi pip liguſticũ. Poſtq̃ triueris liq̃/mine tẽpas: & ſup legumina refũdis: agitas coliculoꝝ mi/nutas ſup cõcidis. Fabatiæ uirides & baianæ.

FAbatiæ uirides ex liq̃mine oleo coriãdro uiridi cu/mino & porro cõciſo cocte inferũt. Aliter fabatiæ frictæ ex liq̃mine inferunt. Aliter fabatiæ ex ſinapi trito melle nucleis ruta cumino ex aceto inferuntur.

Baianas elixas minutatim cõcidis ruta: apio uiridi por/ro: aceto: oleo: liq̃mine: careno: uel paſſo modico: inferes.

Fœnum græcum.

FOenũ græcũ ex liq̃mĩe oleo & uino. faſeoli & cicer. Faſeoli uirides & cicer ex ſale cumino oleo & mero modico inferunt. Aliter faſeolus ſiue cicer frictos ex œno garo & pipere guſtabis & elixatis ſumpto ſemine cũ ouis: in patella phœniculo uiride pip & liquamẽ & careno mo/dico pro ſalſo inferunt. uel ſimpliciter & ſolet.

Explicit Apicii Oſprion. Liber quintus.

Incipit Trophetes. Liber ſextus.

In grue uel anate perdice turture palumbo colũbo & di/uerſis auibus.

| | |
|---|---|
| In turdis | In phaſiano |
| In ficedulis | In anſere |
| In pauo | In pullo |

## In Strutione.

i N ſtrutione elixo piper mēta cuminū:paſſum: apii ſemē:dactylos uel cariotas:mel:acetū paſſum.liquamē & oleū modice:& in caccabo facies ut bulliat amulo obligas:& ſic partes ſtrutiōis in lance perfundis:& deſuper piper aſpergis. Si autē conditurā coquere uolueris:alicam addis.

Aliter ſtrutione elixo piper ligusticum:tymū aut ſatureiam mel ſinape acetum liquamen:& oleum.

In grue uel anate pdice turture palūbo colūbo:& diuerſis auib9. Gruē uel anatē lauas uel ornas:& includis in olla:adiicies aquā:ſalē:anetū:dimidia coctura.decoques dū obduret leuas.& iteꝝ in caccabū mittis cū oleo:& liquamine cū faſciculo origani:& coriādri:ꝓpe cocturam: defrutū modice mittis ut coloret.Teres pip ligusticū:cuminū:coriandrū:laſeris radicē:rutā:carenū:mel diffūdis ius de ſuo ſibi aceto tēpas in caccabo reexinanies:ut caleſiat amulo obligabis:imponis in lance & ius perfundis.

In grue in anate uel in pullo pip:cepā ſiccā:ligusticū: cuminū:apii ſemen:pruna uel damaſcena enucleata:muſtum:acetū:liquamen:defrutū oleū:& coques.Gruem cū coquis caput eius aqua:quā nō tāgat:ſed ſit foris ab aqua: Cum cocta fuerit de ſauano calido inuolues gruem:& caput eius trahe cū neruis.ſequetur ut pulpæ uel oſſa remaneant:cum neruis.n.manducari non poteſt.

Gruē uel anatē excipis:lauas:ornas:& in olla exiliabis cū aq̄ ſale & aneto dimidia coctura. Rapas quoq; ut exbromari poſſint leuabis de olla & iteꝝ lauabis:& ī caccabū mittis anatē:cū oleo & liq̄mie:& faſciculo porri & coriādri.rapā lotā & minutatim cōciſam deſup mittis:facies

ũt coquat̃ modica coctura:mittis defrutũ ut coloret ius ta
le parabis pip:cuminũ:coriãdrũ:laſeris radicẽ:ſuffundis
acetũ:& ius de ſuo ſibi reexinanies ſup anatem ut ferueat.
Cũ ferbuerit:amulo obligabis:& ſup rapas adiicies piper
aſpgis & apponis. Aliter in gruẽ uel anatẽ elixã:liguſticũ
pip cuminũ:coriãdrũ ſiccũ:mentã:origanũ: nucleos: ca/
reotã:liquamen:oleũ:mel:ſinape & uinũ. Aliter gruẽ:uel
anatẽ aſſas eas:de hoc iure pfundis. Teres pip liguſticũ:
origanũ:liquamen:mel:aceti modicũ:& olei ferueat bene
mittis amulũ:& ſupra ius rotulas cucurbitæ elixæ:uel co/
locaſiæ ut bulliant ſi ſunt: & ungelle coques:& iecinora
pulloꝝ inuoletari:pip minutũ aſpgis:& inferes. Aliter in
grue uel anate elixa:piper liguſticũ:apii ſemen:eruca:uel
coriandrũ:mentã:careotã: mel:acetũ:liquamen:defrutũ:
& ſinape idẽ faciet:Et ſi in caccabo aſſas in pdice & atta/
gena & in turture elixas:piper liguſticũ:apii ſemen:men/
tam:myrthũ:& baccas uel uuã paſſam uel uinũ:acetum:
liquamen:& oleũ: uteris frigido perdicẽ cum pluma ſua
elixas ibi:& madefactam depilabis perdices coctura:oc/
ciſa perdix poteſt ex iure coqui ne indureſcant:ſi dieꝝ fer/
buerit:elixa coqui debet in perdice & attagena:& in tur/
ture piper liguſticum:mentã:rutæ ſemen: liquamen:me/
rum:& oleum calefacias in palumbis columbis auibus:in
altile & in phœnicoptero in aſſis:pip liguſticũ:coriãdrũ:
careũ:cepã ſiccã:oui uitellum:careotã:mel: acetũ:liqua/
men:oleũ:& uinũ. Aliter elixis:pip:careũ:apii ſemen:
petroſelinũ:cõdimentũ:mortaria: careotã:mel:acetũ: ui/
num:& oleum:& ſinape. Aliter piper liguſticũ:petro/
ſelinum:apii ſemen:rutam:nucleos:careotã:mel:acetum:
liquamen:ſinape:& oleum modice.

Aliter pip̄ liguſticū:laſerū:uinū ſuffundis:liq̄mine:uino: & liq̄mine tempabis:& fūdis ſup colūbū:uel palūbū:pip aſperū inferes. Ius in diuerſis auibus:pip:cuminū:frictū: liguſticū:mētā:uuā paſſā enucleatā:aut damaſcenā:mel: modice:uino:mirto tēpabis:aceto:liquamē:& oleo: calefacies:exagitabis apio:& ſatureia. Aliter ius:Ius in auib9 pip̄ liguſticū:petroſelinū:mentā ſiccā:aneti flos:uino ſuffundis adiicies:ponticā:uel amigdala toſta:mel modicū: uino & aceto liquamine tempabis oleū in pultariū ſupius mittis:calefacies:agitabis ius:apio uiridi & nepeta in caraxas:& pfūdis ius cādidū in auē elixā:pip liguſticū:cuminū:apii ſemē:ponticā:uel amigdalā toſtā:uel nuces depilatas:mel modicū:liquamē:acetū:& oleū.ius uiride in auibus piper careū ſpica indica cuminū:foliū cōdimenta uirid.omne genus dactylum:mel:acetū:uinū modice liquamen:& oleum ius candidū in anſere elixo piper careū cuminū:apii ſemen:tymū: cepā:laſeris radicem: nucleos toſtos:mel:acetum liquamen & oleum.

Ad aues hircoſas omniogere pip̄ liguſticū:tymū:mētā aridā caluā careotā:mel acetū:uinū:liquamē: oleū defrutum ſinapē:auē ſapidiorē & altiorem facies.& ei pinguedinē ſeruabis ſi eā farinā oleo ſubactā cōtextā in furnū miſeris. Aliter auē in uentrē eius fractas oliuas nouas mittis:& cōſutam elixabis.Deinde coctas oliuas eximes.

In phœnicoptero:phœnicopterū elixabis lauas ornas: includis in caccabū:adiicies aquā ſalē anetū & aceti modicū dimidia coctura alligas faſciculū porri & coriandri: ut coquat̃: ꝑpe cocturā defrutū mittis:coloras:adiicies in mortariū pip cuminū:coriādrū:laſeris radicē:mētā:rutā: fricabis:ſuffundis acetū:adiicies careotam.Ius de ſuo ſibi

perfundis & inferes. Idem facies & in pſitaco. Aliter aſſas auem: teres: piper liguſticũ: apii ſemen: ſeſamũ defrutum petroſelinũ: mentã: cepã ſiccã: careotã: melle: uino: liqua/mine: aceto: oleo: & defruto temperabis.

Aues oẽs ne liqueſcãt cũ plumis elixatæ oĩbus melius erit: prius tamen exenterant̃ ꝑ guttur; uel in abias ſublata anſerẽ elixũ calidũ & iure frigido apiciano; teres piper li/guſticum coriandrum mentã rutam refundis: liquamẽ & oleum modice tẽperas. Anſerem elixum feruentẽ ſauano mundo exiccabis. ius perfundis & inferes.

In pullo elixo.

IN pullo elixo ius crudũ adiicies in mortariũ: aneti ſemen: mentã ſiccã: laſeris radicẽ ſuffundis acetum adiicies careotã refundis liquamẽ: ſinapis modicũ & oleo defruto temperabis: & ſic mittis.

Pullum anetatũ; mellis modice liquamen temperabis. lauas pullum coctum: & ſauano mundo ſiccas caraxas: & ius ſciſſuris infundis: ut cõuinat: & cũ cõuinerit aſſabis: & ſuo ſibi iure pẽnis tongis piper aſperſum inferes.

Pullum parthicũ: pullũ aperies a naui. & in quadrato ornas: teres pip liguſticũ carei modicũ ſuffunde liquamẽ: uino tempabis: cõponis in cumana pullũ & cõditurã ſup pullum facies: laſer & uinũ interidas diſſoluis: & in pullũ mittis ſimul & coques: piper aſperſum inferes.

Pullũ oxizomũ: olei acetabulũ maiorẽ ſatis modice li/quaminis acetabulũ: minorẽ aceti acetabulũ perq̃ minorẽ piperis ſcrupulos ſex: petroſelinũ porros faſciculum.

Pullum numidũ: pullum curas elixas lauas laſeras: pi/per: & aſſas: teres piper: cuminũ: coriandri ſemen: laſeris radicẽ: rutam: careotam: nucleos ſuffundis; acetum: mel:

liquamẽ:& oleũ temperabis. Cum ferbuerit:amulo obli/
gas pullum perfundis piper aſpergis & inferes.

Pullũ laſeratum aſperges anabi: lauabis ornabis:& in
cumana ponis:teres piper liguſticum laſer:uinum ſuffun/
dis, liquamen uino & liquamine tẽperabis:& mittis pul/
lum coctus ſi fuerit piper aſperſum inferes.

Pullũ paroptũ laſeris modicũ pipis ſcrupulos ſex olei
acetabulum liquaminis acetabulum petroſelini modice.

Pullum elixum ex iure ſuo:teres piper cuminum:tymi
modicum phœniculi ſemen:mentam: rutam:laſeris radi/
cem:ſuffundis acetum adiicies careotam & teres:melle:
aceto liquamine & oleo temperabis.

Pullũ refrigeratũ & mittis ſiccatũ:quẽ pfuſũ inferes.

Pullum elixum cum cucurbitis elixis iure ſupra ſcri/
pto addito ſinape:piper fundis & inferes.

Pullum elixũ cũ colocaſiis elixis ſupraſcripto iure per/
fundis & inferes:facit & melixam:& in oliuis columbari/
bus non ualde:ita ut lixamentũ habeat:ne diſſiliat dum
coquitur in olla:ſubmiſſus in ſportellam:cũ bullierit fre/
quenter lauas & ponis ne diſſiliat.

Pullus uardanus: pullum coques iure hoc:liquamine:
oleo:uino: faſciculum porri:coriandri:ſatureia:cũ coctus
fuerit:teres:piper:nucleos:cyathos duos:& ius de ſuo ſibi
ſuffundis:& faſciculos proiicies:lac temperas & re exina/
nies in mortariũ ſupra pullum ut ferueat:obligas cum al/
bamentis ouorũ tritis:ponis in lance: & iure ſupraſcripto
perfundis:hoc ius candidum appellatur.

Pullũ frontonianũ:pullũ prædura condies: liquamine
oleo mixto:cui mittis faſciculũ aneti:porri: ſatureia:& co
riandri uiridis & coques. Vbi coctus fuerit lauabis cũ in

lance defruto perunges:piper aſperges & inferes.

Pullus tractogalat9:pullũ coques:liquamine:oleo:ui/no:cui mittis faſciculũ coriandri:cepã: deinde cũ coctus fuerit lauabis cũ de iure ſuo. & mittis ĩ caccabũ nouũ lac & ſalẽ:modicũ mel:& aquã eminã.i.tertiam partẽ ponis ad ignem lentũ ut tepeſcat: tractam confringis & mittis paulatim aſſidue agitas ne uratur pullum illic mittis integrum uel cariotũ uerſabis in lãce:quem pfundis ius tale: piper liguſticũ:origanum:ſuffundis:mel:& defruto mo/dicum: & ius de ſuo ſibi temperas in caccabulo: facies ut bulliat:cum bullierit:amulo obligas & in feres.

Pullus fuſilis:ſicut alique cuminatũ a ceruice expedies teres:pip liguſticũ:Zinziber pulpã ceſam aliquã elixã:te res cerebellũ ex iure coctũ:oua confringis & cõmiſces:ut unũ corpus efficias liquamine tẽperas:& oleum modice mittis:pip integrũ:nucleos abundantes:fac impenſam:& imples pullum:uel porcellum:ita ut laxamẽtum habeat. Similiter in capo facies oſſibus eiectis coques. Accipies pullum & ornas ut ſupra: aperies illum a pectore.

Pullus leocozimus: accipias aquam & oleum hiſpanũ abũdans agitat' ut ex ſe ambulet:& humorẽ cõſumat.po/ſtea cum coctus fuerit quodcunq; porri remanſerit: inde leuas piper aſperges & inferes.

Explicit Trophetes Apicii. Liber ſextus.

Incipit eiuſdem Politeles. Liber ſeptimus.

Vulua ſteriles:callum:libelli:coticulæ.& ungellæ

| | |
|---|---|
| Sumen | Iecinora ſiue pulmones |
| Ficatum | Dulcia domeſtica & mel |
| Ofellæ | Bulbi |

Aſſaturæ | Fungi farnei uel boleti
In elixam & in copadiis | Tubera
Ventricula | In colocaſio
Lumbuli & renes | Cocleas
Perna | Oua

Vuluæ ſteriles

VVluæ ſteriles: laſer uuluas & apices politeles lib. vii. laſer cirenaicū uel parthicū: aceto & liquamine tēperato appones in uulua ſterile pip: apii ſemen: mentam ſiccā: laſeris radicē: mel acetū & liq̄mē. Vuluæ ſteriles pip & liq̄mē cū laſere parthico apponis. Vuluæ ſteriles pipe liquamine & cōdito modico apponis Callū libelli coticulæ ungellæ pip liq̄men laſeras apponis. Vuluā ut toſtā facias in cātabro inuolue: & poſtea in muria mitte: & ſic coque.

Sumen.

SVmen elixas de cānis ſurdas ſale aſpergis; & in furnum mittis: uel in craticulā ſubaſſas. Teres pip ligu ſticū liquamē mero & paſſo: amulo obligas: & ſumē perfundis. Sumē plenū. teritur pip careū eclimus ſalſus quo ſuitur: & ſic coquitur. manducatur cum allece: ſinape.

Ficatum.

IN ficato œnogarū pip tymū liguſticū liquamē: uinum modice: oleū. Aliter ficatū precidis ad cānam: infundis: in liquamine piper liguſticū baccas lauri duas. inuolues in augumento & in craticula aſſas & inferes.

Ofellas.

OFellas otienſes in offillam deſignans ofellas in cute ita ut cutis ſic remaneat: teres pip liguſticū anetū: cuminū ſilphiū baccā lauri unā ſuffundis liquamen fricas in angularē refundis ſimul cū ofellis ubi reqeuerit in con-

dimẽtis biduo uel triduo ponis ſurdas decuſatim:& ĩ fur/
nũ mittis.cũ coxeris ofellas:q̄s deſignaueras:ſeꝑabis & te/
res piꝑ liguſticũ ſuffũdis liq̄mẽ:& paſſũ modicũ ut dulce
fiat.Cũ ferbuerit ius amulo obligas ofellas facies & ĩferes

Ofellas facies apicianas:ofellas exoſſas ĩ rotũdũ cõpli/
cas ſurdas ad furnũ admoues:poſtea preduras leuas ut hu
morẽ expuat.In craticula igni lento exſiccabis ita ne urat̃
teres piꝑ liguſticũ cipis cuminũ liq̄men & paſſo tẽꝑabis:
cũ hoc iure:ofellas ĩ caccabũ mittis.Cũ coctæ fuerit leuas
& ſiccas ſine iure pipe aſpſo & inferes.Si pingues fuerint:
cũ ſurculas tollis cutẽ:potes & de abdomine hmõi ofellas
facere:ofellæ aꝑgeneo more ex oleo liq̄mine condiunt̃:&
mittit̃ eis cõdimẽtó.Cũ coctæ fuerint & ſuꝑ adiicit̃ his cũ
in foco fuerit cõditura & denuo bulliũt piꝑ tritũ cõdimẽ/
tũ mel liquamẽ amulũ:cũ iã bulliũt & ſine liq̄mie & oleo
elixãt̃.coquũt̃:& ſic pipe ꝑfũdũt̃ ius ſupra ſcriptũ: & ſic
bulliũt.Aliter.ofellæ recte frigunt̃ ut pene aſſo rodãt̃ li/
quaminis ſũmi cyatho aquæ cyathũ aceti:cyathũ olei cya
thũ ſimul mixtis:& ĩmiſſis ĩ patellã fictilẽ frigis & ĩferes.
Aliter.ofellas in ſartagine abũdãti œnogaro:piꝑ aſꝑges &
inferes. Aliter.ofellas:ofellæ pri9 ſale & cumino intuſæ in
aquã recte frigunt̃.

Aſſaturam.

Aſſaturã aſſã afurno ſimplicẽ ſalis plurimi cõſpſam
cũ melle ĩferes.Aliter aſſaturas petroſelini ſcrypu/
los ſex:laſeris ſcrypulos.vi. gingiberis ſcrypulos.vi.lauri
baccas.v.cõdimẽti laſeris radicẽ.vi.cipis ſcrypulos.vi.ori
gani ſcrypulos.vi.coſti modice:pyretri ſcrypulos.iii.apii
ſeminis ſcrypulos vi.pipis ſcrypulos.xii.liq̄minis & olei
q̄d ſufficit. Aliter aſſaturas mirtæ ſiccæ baccã excẽteratã
cũ cumino pipe mel liquamẽ defruto & oleo teres.& fer/

ueſactũ amulas carnẽ elixã ſale ſubaſſatã pfũdis pip aſp-
gis & inferes. Aliter aſſaturas piperis ſcrypulos ſex ligu-
ſticũ ſcrypulos ſex: petroſilinum ſcrypulos. vi. apii ſemen
ſcrypulos. vi. aneti ſcrypulos. vi, laſeris radicẽ ſcrypulos.
vi. aſſareos ſcrypulos. vi. pyretri modice cipis ſcrypulos.
vi. carei ſcrypulos. vi. cumini ſcrypulos. vi. gigiberis ſcry-
pulos. vi. liqminis eminã: olei acetabulũ. Aſſatura ĩ colare
elixat & infundit infretali pip condimẽtũ mel liquamẽ:
& atterit in clibano quouſq; coquat. Elixum uero collare
ſi uoles ſine conditura aſſas: & ſuccũ calidum perfundis.

In elixa & copadiis.

TVs in elixã oẽm pip liguſticũ origanũ rutã ſilphiũ
cepã ſiccã uinũ carenũ mel acetũ olei modicũ pſi-
catũ & ſauano expreſſã. elixã pfundis. Ius in elixã pip pe-
troſelinũ: liqmẽ acetũ careotã cepullã: olei modicũ pfun-
dis calido iure. Ius in elixã teres pip rutã aridã phœniculi
ſemẽ cepã: careotã liqmẽ: & oleũ. Ius candidũ in elixã pip
liquamẽ uinũ rutã cepã nucleos cõditũ modicũ de bucel-
lis maceratis unde ſtrigat oleũ cũ coxeris ius pfũdis. Ali-
ter ius cãdidũ ĩ elixã pip: careũ: liguſticũ: tymũ: origanũ:
cepulã: dactylũ: mel: acetũ: liquamẽ: oleũ. In copadiis ius
albũ: pip: cuminũ: liguſticũ: rutæ ſemen damaſcenas in-
fundis uinũ œnomeli & aceto tẽperabis tymo & origano.
Aliter ius candidũ in copadiis: piper: tymũ: cuminũ: apii
ſemẽ: phœniculũ: rutã: baccã myrtæ uuam paſſam mulſo
tẽpabis agitabis ramo ſatureiæ. Ius ĩ copadiis pip liguſti-
cũ: careũ: mẽtã nardoſtatiũ foliũ: oui uitellũ mel: mulſam
acetũ: liqmẽ & oleũ agitabis ſatureiã: & porro amula ius.
Ius albũ in copadiis: pip liguſticũ cuminũ: apii ſemen: ty-
mũ: nucleos infuſos: nuces ĩfuſas & purgatas: mel; acetũ:

liquamē:& oleū. Ius in copadiis pip apii ſemen:careū:ſa/
tureiā:enechi flos:cepullā:amygdala toſta:careotā:liqua/
men:oleū ſinapis modicū defruto coloras. Ius in copadiis
pip liguſticū:petroſelinū:cepullā:amygdala toſta:dacty/
lum:mel:acetū:liquamē:defrutū:oleū. Ius i copadiis oua
dura incidis piper:cuminū:petroſelinū:porrum coctum:
myrthæ baccas:pluſculū mel:acetū:liquamē:oleū. In eli/
xam anetatā crudū piper aneti ſemen mentā ſiccā:laſeris
radicē ſuffundis careotā mel liquamē ſinapis modicū de/
fruto oleo tēperabis:& hoc collare porcino. Ius in elixam
alligatā:pip liguſticū careo apii ſemen tymū cepullā da/
ctylum alecē colatū melle & uino tēperas:apiū uiride in/
ciſum ſuper aſpergis:oleum mittis & inferes.

## Ventricula.

VEntrem porcinū bene exināies aceto:& ſale poſtea
aqua lauas:& ſic hanc impenſam imples pulpam
porcinam tonſam tritam: ita ut eneruata cōmiſceas cere/
bella tria:& oua cruda:cui nucleos infundis: & piper in/
tegrū mittis:& hoc iure tēperas. teres pip liguſticū ſilphiū
aneſum. gingiber rutæ modicū reples aqualicū ſic ut la/
xamentum habeat ne deſſiliat. in coctura ſurclas ambas:
& in ollā bullientē: ſubmittis leuas & pungis acu ne cre/
pēt. qua dimidias coctū fuerit leuas & ad fumū ſuſpendis
ut coloreť:& denuo eū pelixabis ut coqui poſſit. Deinde
liquamine mero oleo modico & cultello aperies:& cū li/
quamine & liguſtico apponis uentrē ut toſtum facias:in
cātrabo inuolue. poſtea in muriā mittis & ſic coque.

## Lumbuli & renes.

LVmbuli & renes ita fiunt: apiunť in duas ptes ita
ut expanſi ſint. & aſpgiť eis pip tritū nuclei:& co/

riãdrũ cõciſum minutatim factũ & ſemẽ phœniculi tritũ. Deinde lũbuli euoluunt̃ aſſi & cõſuunt̃ & ĩuoluunt̃ omẽto: & ſic predurant̃ in oleo & liq̃mine: inde aſſant̃ ĩ clibano uel craticula:

Perna.

PErnã ubi eã caricis plurimis elixaueris: & trib9 lauri foliis detracta cute teſſellã incidis: & melle cõplebis. Deinde farinã oleo ſubactã cõteres: & ei coriũ reddis ut cũ farina cocta fuerit eximas furno & inferes.

Pernæ cocturã ex aqua cum caricis cocta ſimpliciter ut ſolet in lata cũ bucellis carœni uel cõdito melius ſicut muſteis petaſonẽ: & muſteis petaſonẽ elixas cũ bilibre ordei & caricis.xxv. Cũ elixat9 fuerit decarnas: & armillã illius cãdẽti batillo uris & melle cõtingis. qđ meli9 miſſũ in furnũ melle obligas, cũ coloraueris mittis ĩ caccabũ paſſum piper: faſciculũ rutæ merũ tempas. Cũ fuerit tempatũ dimidiũ in petaſonẽ ꝑfundis: & aliam partẽ piperati bucellas muſteorꝝ factas ꝑfundis: cũ ſorbuerit: quod muſtei recuſauerit petaſoni refũdis. laridi coctura tectũ aq̃ cũ multo aneto coques olei modicũ diſtillabis & modicũ ſalis.

Iecinora ſiue pulmones.

IEcinora hædina uel agnia ſic coques aquã mulſam facies & oua partẽ lactis admiſces eis: ut inciſa iecinora ſorbeãt: coques: & œnogaro: pipere aſperſo inferes.

Aliter iecinora in pulmonib9 ex lacte lauas pulmones & colas qđ cape pñt: & infringis oua duo cruda: ſalis grana pauca mellis ligulã: & ſimul cõmiſces & ĩples pulmones elixas: & cõcidis: teres pip: ſuffundis liquamẽ paſſum merũ pulmones cõfringis: & hoc œnogaro perfundis.

Dulcia domeſtica: & mel.

DVlcia domeſtica palmulas uel dactylos & ĩfarcies.

ſales foris cōtīgis:& cepto ſemine nuce uel nncleis uel piꝑ tritū imꝑties:ſales foris contingis:frigis in melle cocto & inferes. Aliter dulcia muſteos aphros optimos rades:& in lacte infundis.Cum biberint in furnum mittis ne areſcant modice eximes eos calidos melle perfundis compungis ut bibant.piper aſpergis & inferes.

Aliter dulcia ſiligineos raſos frāgis & bucellas maiores facies:in lacte īfūdis.frigis & ī oleo mel ſupꝑfūdis & īferes.

Dulcia pipata mittis mel meꝝ paſſū rutā eo mittis nucleos nucesalicā elixatā cōciſas nuces auellanas toſtas adiicies & inferes.Aliter dulcia piꝑ nucleos mel rutā & paſſū teres cū lacte & tractā coques coagulū coque cū modicis ouis ꝑfuſū melle aſꝑſū īferes.Aliter dulcia accipies ſimilā coques:& ī aquā calidā ita ut duriſſimā pultē facias.Deiñ in patellā expādis.cū refrixerit cōcidis q̄ſi dulcia:& frigis in oleo optīo leuas ꝑfūdis mel:piꝑ aſꝑgis:& īferes.melius feceris ſi lac ꝓ aq̄ miſeris. Tiropatinā accipies lac aduerſus patinā eſtīabis.tēꝑabis lac cū melle quaſi ad lactātia oua qnqꝫ ad ſextariū mittis ſi ad heminā oua tria ī lacte diſſoluis:ita ut unū corpus facias:in cuminata colas & igni lento coques.Cū duxerit ad ſe piꝑ aſꝑgis & inferes.Oua ſſōgia ex lacte oua q̄ttuor lactis heminā:olei unciā in ſe diſſoluis:ita ut unū corpus facias in patellā ſubtilē adiicies olei modicū:facies ut bulliat:& adiicies īpenſam q̄ cōparaſti una parte cū fuerit coctū in diſco uertes melle ꝑfundis:piꝑ aſꝑgis & inferes.Mel caſeū piꝑ & liquamē uel ſale oleo & coriādro.

Bulbos.

BVlbos olei liquamine:aceto:inferes modico cumino diſꝑſo.Aliter bulbos tūdis aqua ex aqua coques Deinde oleo frigis.ius ſic facies tymū puleiū piꝑ origanū

mel acetū defrutū careotā liq̄mē oleū modice piꝑ aſpergis
& īferes. Aliter Bulbos elixū ī pultariū preſſos mittis:ty-
mū origanū mel acetū defrictū careotā liq̄mē oleū modi-
ce aſꝑgis:& īferes. Varro ſi qd de bulbis dixit ī aquā: q ue
neris hoſtiū querūt:deiñ ut legitimis nuptiis in cœna po-
nuntur. ſed & cū nucleis pineis:aut cū erucæ ſucco & pi-
pere. Aliter bulbos frictos œnogaro inferes.

Fungi farnei uel boleti.

FVngi farnei elixi calidi exſiccari ī garo piꝑ accipiū
tur:ita ut piꝑ cū liq̄mīe teres. In fūgis farnei piꝑ ca
renū acetū & oleū. Aliter fūgi farnei elixi ex ſale oleo me-
ro coriādro cōciſo īferunt. Boletos fūgos carenū faſciculū
coriādri uiridis:ubi ferbuerit exēpto faſciculo inferes. Bo-
letos aliter coliculos eoꝝ liq̄mine uel ſale aſꝑſos inferunt.
Boletos aliter thyrſos eoꝝ cōciſos ī patellā oua ꝑfūdis ad-
dito pipe liguſtico modico melle liquamine tēꝑabis oleū
modice.

Tubera.

TVbera radis elixas ſale aſꝑgis & ſurculo īfiges ſub-
aſſas & mittes ī caccabū oleū liquamē carenū uinū
piꝑ & mel cū ferbuerit amulo obligas. Tubera exornas &
īferes. Aliter tubera elixas:& aſꝑſo ſale ī ſurculis affigis &
ſubaſſas:& mittis ī caccabū liq̄mē oleū uinū carenū uinū
modice & piꝑ cōfractū & mellis modicū & ferueat:cū fer
buerit amulo obligas. & tubera cōpūges ut cōbibāt illud
exornas. Cū bñ ferbuerit inferes. Si uolueris eadē tubera
omēto porcino īuolues & aſſabis & ſic īferes Aliter tubera
œnogaꝝ piꝑ liguſticū:coriādrū rutā liq̄mē mel uinū oleū
modice calefacies. Aliter tubera piꝑ mentā rutā mel oleū
uinū modice calefacies & inferes. Aliter tubera piꝑ cumi-
nū ſilphi mentā apiū rutā mel acetū uel uinū ſalē uel li-

hic distinge
ces dū tubera
... fumat aper
... zadentem
era.

quamẽ & oleũ modice. In colocaſio.

IN colocaſio pip cuminũ rutã uel liq̃mẽ olei modi-cũ: cũ ferbuerit amulo obligas. Cocleas.

COcleas lacte paſtas accipies cocleas ſſõgizabis mẽ-branã tolles ut poſſint ꝑdire. adiicis ĩ uas lac & ſalẽ uno die: cæteris dieb9 ĩ lac ꝑ ſe & oĩ hora mũdabis ſtercus cum paſta fiũt ut nõ poſſint ſe retrahere: & ex oleo friges: mittes œnogarꝝ. Similiter & pulpas paſci poſſint. cocleas ſale puro & oleo aſſabis. Cocleas laſere liq̃mine pipe oleo ſuffundis. Cocleas aſſas liquamine pipe cumino ſuffundis aſſidue. Aliter cocleas uiuẽtes in lac ſiligineũ infũdis. ubi paſtæ fuerint coques. Oua.

OVa frixa œnogarata ob elixa liq̃mĩe oleo mero: uel ex liq̃mĩe pipe laſere ĩ ouis apalis pip liguſticũ: nu-cleos infuſos ſuffundes mel acetũ liquamine tẽperabis.

Explicit Apicii polyteles. Liber ſeptimus.

Incipit eiuſdẽ tetrapus. Liber octauus.


In apro.
In ceruo.
In caprea.
In ouifero.
In hædo & agno.
In porcello.
In lepore.
Glires.


In apro.

a Per ita cõdit̃ ſſõgiat̃: & ſic aſꝑgit̃ ei ſale cuminũ tritũ: & ſic manet. Alia die mittit̃ ĩ furnũ. Cũ co-ctus fuerit ꝑfũdit̃ pip tritũ cõdimẽtũ aprinũ uel liq̃mẽ carenũ & paſſum. Aliter. In apro aq̃ marina cũ ra-mulis lauri: aprũ elixas quouſq; madeſcat. coriũ ei tolles cũ ſale ſinape aceto ĩferes. Aliter ĩ apro teres pip liguſticũ origanũ: baccas myrtæ exẽteras coriãdrũ cepas ſuffundes mel uinũ liq̃men oleũ modice calefacies: amulo obligas.

Aprũ in furno coctũ pfundes.hoc & ĩ oẽ gen9carnis feri/
ne facies.In aprũ aſſũ iure feruẽtia facies ſic pip cuminũ
frictũ apii ſemen:mẽtã:tymũ:ſatureiã:enechi flos nucles
toſtos:amygdala toſta mel uinũ liqmẽ acetabulũ:oleum
modice.Aliter ĩ aprũ aſſũ iura feruẽtia:pip liguſticũ:apii
ſemẽ:mẽtã:tymũ:nucleos toſtos:uinũ acetũ liquamẽ:&
oleũ modice.Cũ ius ſimplex bullierit tunc triturę globũ
mittes:& agitas cepã & rutę faſciculos:ſi uolueris pingue
ius facere obliga ſi uis albo ouorũ liqdo moues paulatim
aſpgis pip tritũ & inferes.Ius in aprũ elixũ pip liguſticũ:
cuminũ:ſilphi:origanũ nucleos careotam ſinape acetũ li/
quamẽ & oleũ.Ius frigidũ ĩ aprũ elixũ pip liguſticũ:cu/
minũ:aneti ſemẽ & tymũ:origanũ ſilfi modicũ erucę ſe/
mẽ pluſculũ ſuffũdes mer:cõdimẽta uiridia modica cepa
pontica uel amigdala fricta;dactylũ:mel:acetũ:mer mo/
dicũ coloras defruto liquamẽ oleũ. Aliter ĩ apro teres pip
liguſticũ:origanũ appii ſemẽ:laſeris radicẽ:cuminũ:phœ
niculi ſemẽ:rutã:liquamẽ uinũ paſſũ:facies ut ferueat.Cũ
ferbuerit amulo obligas:aprũ nitroforas & inferes.

Perna aprina ita ĩplet᷑.recentia p articulũ pernę palũ
mittes:ita ut cutẽ a carne ſepes ut poſſit cõdimẽtũ accipe
per cornulum ut uniuerſa impleatur.

Teres pip baccã lauri:rutã ſi uolueris:laſer adiicies:li/
quamẽ opimũ carenũ & olei uiridis guttas.Cum impleta
fuerit:cõſtringitur illa pars:quę ĩpleta eſt ex lino:& mit/
titur in zemã:elixatur in aquã marinã cum lauri curioni/
bus & aneto.

## In ceruo.

IVs in ceruum teres pip liguſticũ carenũ:origanũ:
apii ſemen:laſeris radicẽ:phœniculi ſemen:fricabis
ſuffundes liquamẽ uinũ:paſſũ;oleũ modice cũ ferbuerit

amulo obligas. Ceruũ coctũ introferas:tanges. & inferes. In platicerote ſimiliter & in oẽ genꝰ uenationis eadẽ cõdi/tura uteris. Aliter ceruũ elixabis & ſubaſſabis teres pip li/guſticũ:careũ:apii ſemẽ:ſuffundes mel acetũ liq̃mẽ:oleũ calefactũ amulo obligas:& carnẽ pſundes. Ius ĩ ceruo pip liguſticũ cepulã:origanũ:nucleos:careotas:mel:liq̃mẽ ſi/nape:acetũ oleũ:ceruine cõditura pip:cuminũ cõdimẽtũ petroſelinũ cepa:ruta:mel:liq̃mẽ:mẽtã: paſſũ:carenũ :& oleũ modice:amulo obligas. Cũ iã bullit iura feruentia in ceruo pip liguſticũ: petroſelinũ:cuminũ pſundes: nucle/os toſtos:aut amigdala:mel acetũ uinũ oleum modice li/quamẽ & agitabis embebã. In ceruinam aſſã pip nardoſta tiũ folium apii ſemen:cepã aridam:rutã uiridẽ mel acetũ: liquamen:adiectam careotam:uuam paſſam & oleũ. Ali/ter. In ceruum aſſum iura feruẽtia:piper liguſticũ: petro/ſelinum:damaſcena macerata:uinum:mel:acetum:liqua/men:oleum modice agitabis porro:& ſatureia.

In crapea.

IVs in caprea pip liguſticũ careum:cuminũ:petro/ſelinum:rutæ ſemẽ mel ſinape acetũ liq̃men & oleũ. Aliter ius in caprea aſſa:pip:condimentũ rutam:cepam: mel liquamen paſſum oleum modice:amulũ iam bulliet. Aliter ius ĩ caprea pip cõdimẽtũ petroſelinũ origanũ mo dicũ rutã liq̃mẽ mel paſſũ & olei modicũ amulo obliga/bis.

In ouifero hoc eſt ouis ſiluatica.

IVs in ouifero feruens piper liguſticũ cuminũ men/tam ſiccam tymũ ſilfi:ſuffundes uino: adiicies da/maſcena macerata mel uinũ liquamẽ acetum paſſum ad colorem oleũ agitabis faſciculo origani & mẽte ſiccæ. Ius in uentationibus omnibus elixis & aſſis. pipis ſcrupulos.

viii.rutã:liguſticũ:apii ſemen iuniperũ tymũ mẽtã aridã ſcrypulos ſenos.pulei ſcrupulos.iii.hæc oĩa ad leuiſſimũ puluerẽ rediges:& ĩ uno cõmiſces & teres adiicies ĩ uaſcu/lũ mel:qđ ſatis erit & his uteris cũ oxygaro.ius frigidũ in oui fero piꝑ liguſticũ:tymum:cuminum frictum:nucleos toſtos mel:acetum:liquamen & oleum:piper aſpergis.

Bubula ſiue uitellina.

VItellina fricta piꝑ liguſticũ:apii ſemẽ:cuminũ:ori/ganũ:cepã ſiccam:uuam paſſam:mel:acetũ:uinũ: liquamẽ:oleũ defrictũ. Vitulinã ſiue bubulam cũ porris cydoniis cepis uel colocaſiis:liquamẽ piꝑ laſer & olei mo/dicũ. In uitulinam elixam teres piper liguſticum careum: apii ſemen ſuffundes mel:acetũ: liquamen oleum calefa/cies amulo obligas:& carnem ꝑfundes. Aliter in uitulina elixa piper:liguſticum:phœniculi ſemen: origanum: nu/cleos:careotam:mel:acetum:liquamen ſinapi & oleo.

In hædo uel agno.

COpadia hædina ſiue agnina piꝑe liq̃mĩe coques cũ faſeolis faratariis liquamĩe piꝑe laſere cũ imbracto bucellas panis oleo modico. Aliter hædinã ſiue agninam excaldatã mittes in caccabum copadia cepam coriandrũ minutũ ſuccides. Teres piꝑ liguſticũ cuminũ liq̃mẽ oleũ uinum coques.exinanies in patina amulo obligas. Aliter hædinã ſiue agninam excaldatã a crudo tritura mortario accipere debet.Caprina autem cũ coquitur accipit triturã hædum ſine agnum aſſum.Hædi cocturã ubi eum ex li/quamine & oleo coxeris:inciſum infundes in pipere laſere liquamine oleo modice:& in craticula aſſabis.eodem iure cõtinges:piper aſperges & inferes.Aliter hædũ ſiue agnũ aſſumus piperis ſemiunciam:aſeros ſcrypulos.vi. ginzi/

beris modicũ.petroſelini ſcrypulos.vi.laſeris modicũ li/
quaminis optimi heminã:olei acetabulũ .hæd9 ſiue agn9
ſyringladus ideſt mãmoceſtis exoſſatur diligenter a gula
ſic ut uter fiat:& inteſtina ei ĩtegra exinaniant̃:ita ut ĩ ca/
put inteſtina ſufflent̃:& p̃ nouiſſimã partẽ ſtercus exina/
nibit̃:aqua lauant̃ diligenter & ſic implentur admixto li/
quamine:& ab humeris conſuit̃:& mittit̃ in clibanũ. Cũ
coctus fuerit p̃fundit̃. Ius bullies lacte:pip̃ tritũ liq̃mẽ ca/
renũ defrictũ modice:ſic & oleũ ẽt bulliẽti mittis amulũ:
uel certe mittit̃ in retiaculo uel in ſportella:& diligẽter cõ
ſtringit̃:& bullienti zema cũ modico ſalis ſubmittit̃. Cũ
bene illic teres undas bullierit:leuat̃ & denuo bullit: cum
humore ſupraſcripto bulliẽte conditura perfunditur.

Aliter hædus ſiue agn9 ſiringiatus lactis ſextariũ unũ
mellis unciæ q̃ttuor pipis una:ſalis modicũ:laſeris modi/
cũ ius in ipſius oleũ acetabulũ liq̃minis:mellis acetabulũ
dactylos tritos octo:uini boni heminam amulũ modice.
Hædus ſiue agnus crudus:oleo pip̃ fricabis:& aſperges:
foris ſalem purũ multo cũ coriãdri ſemine:in furnũ mit/
tis.aſſatum inferes. Hædum ſiue agnum tatarpeianũ
anteq̃ coquantur:conſuitur piper:rutã:ſatureiam:cepam:
tymũ modicũ:& liquamine collues. Hædũ macerabis in
furno in patella:quæ oleũ habeat.cũ percoxerit perfun/
des in patella impenſam teres ſatureiam: cepam: rutam:
dactylos liquamen uinum:carenũ:oleum:cum bene du/
xerit impenſam in diſco pones.piper aſperges & inferes.
Hædum ſiue agnũ paſticum mittes in furnũ:teres piper
rutam:cepã: ſatureiam:damaſcena nucleata: laſeris mo/
dicum:uinum:liquamen:& oleum uinum feruẽs colluit̃
in diſco ex aceto ſumitur.

Hædo laurũ ex lacte: hædũ curas. exoſſas iteranea ei9 cũ coagulo tolles: lauas: adiicies in mortariũ pip̃ liguſticũ laſeris radicẽ: baccas lauri duas pyretri modicũ. cerebella duo uel tria. hæc oĩa teres ſuffũdes: liq̃men tẽpabis ex ſale ſup̃ triturã colas lactis ſextarios duos: mellis ligulas duas hac impẽſa inteſtina reples & ſup̃ hædũ cõponis in giro & omẽto carta coopies: ſurclas in caccabũ uel patellã cõpo- nes hædũ: adiicies liquamen oleũ uinũ. Cũ ad mediã cora uenerit teres pip̃ liguſticũ: & ius de ſuo ſibi ſuffũdes mit- tes in fricto modicũ teres reexinanies in caccabũ. Cũ per- coctus fuerit exornas amulo obligas & inferes.

In porcello.

Porcellũ farſilẽ duob9 generib9 curas: a gutture exẽ- teras a ceruice ornas anteaq̃ p̃dures ſubapies auricu lam ſub cutẽ mittes ĩpẽſam tarẽtinã ĩ ueſicã bubulã: & in fiſtulã auiarii roſtro ueſicæ alligabis: per quã exprimes in aure q̃tũ cœpit: poſtea carta præcludes & ĩfiblabis & præ- parabis. aliã ĩpẽſam ſic facies. Teres pip̃ liguſticũ origanũ laſeris radicẽ modicũ ſuffũdes. liquamẽ adiicies cerebella cocta: oua cruda: alicã coctã. Ius de ſuo ſibi fuerit aucellas nucleos pip̃ ĩtegrũ liq̃mine tẽpas. ĩples porcellũ charta ob duras: & fiblas: mitteris ĩ furnũ. Cũ coctus fuerit exornas p̃unges: & inferes. Aliter. Porcellũ ſalẽ cuminũ laſer por- cellum liq̃minatũ. de porcello eiicis utriculũ ita ut aliquæ pulpæ ĩ eo remaneãt. Teres pip̃ liguſticũ: origanũ: ſuffũ- des liq̃mẽ: adiicies uinũ cerebellũ: oua duo miſces ĩ ſe por cellũ præduratũ ĩples: fiblabis ĩ ſportella feruẽti ollæ ſub mittis. cocto fiblas tolles. ut ius ex ipſo manere poſſit: pip̃ aſp̃ſũ inferes. Porcellũ elixũ farſilẽ. de porcello utricu- lum eiicies præduras teres pip̃ liguſticũ: origanũ ſuffun-

des:liquamẽ cerebella cocta qđ ſatis ſit. Similiter oua diſ-
ſolues:liq̃mine tẽpabis. farcimina cocta integra præcides:
ſed ante porcellũ præduratũ liq̃mine delauas:deinde im-
ples:infiblas ĩ ſportella feruẽti ollæ ſubmittes coctũ ſpon-
gias ſine pipe inferes. Porcellũ aſſum tracto mel ĩ por-
cellum cũratũ a gutture exẽteras. ſiccas teres pipis unciã:
mel:uinũ:ĩpones ut ferueat:tactã ſiccatã cõfringes & par-
tibꝰ caccabo ꝑmiſces:agitabis ſurculo lauri uiridis:tãdiu
coques:donec lenis fiat:& impinguet. hac impẽſa porcel-
lum imples:ſurculas obduras:carta in furnũ mittes exor-
nas & inferes. Porcellum lacte paſtũ elixũ calidũ iure
frigidũ crudo apiciano. adiicies ĩ mortario piꝑ liguſticũ:
coriãdri ſemen:mentã:rutã fricabis ſuffundes liquamen:
adiicies mel:uinũ:& liquamẽ. Porcellũ uitellianũ:por-
cellũ ornas quaſi aprũ:ſale aſꝑges:in furno aſſas:adiicies
in mortariũ:piꝑ liguſticũ:ſuffũdes liquamẽ uino & paſſo
tẽpabis in caccabũ olei puſillũ ferueat:& porcellũ aſſum
iure aſperges ita:ut ſub cute eius recipiat.

Porcellum flacianũ:porcellũ ornas in modũ apri ſale
aſperges & in furnũ mittes. Dũ coquitur adiicies in mor-
tarium piper liguſticũ careũ apii ſemen laſeris radicem:
rutã uiridem fricabis ſuffundes liquamine uino & paſſo
temperabis in caccabũ olei modicũ ferueat amulo obli-
gas porcellum coctum ab oſſibus tanges. apii ſemen teres
ita ut fiat puluis aſperges & inferes.

Porcellũ laureatũ:porcellũ exoſſas q̃ſi œnogaꝝ ornas:
præduras laurũ uiridẽ ĩ medio frãges:ſatis ĩ furnũ aſſas &
mittes ĩ mortariũ piꝑ liguſticũ:careũ:apii ſemẽ:laſeris ra
dicẽ:baccas lauri fricabis, ſuffũdes liq̃mẽ & uino & paſſo
tẽpabis:adiicis in caccabũ olei modicũ ut ferueat:obligas

porcellum:lauro eximes:& ius ab oſſe tanges & inferes.
Frontonianū porcellum exoſſas præduras ornas adii-
cies in caccabū liquamen uinū obligas faſciculum porri
aneti media coctura:mittes defrictū.coctū lauas:& ſiccū
mittes piper aſperges & inferes.
Porcellū œno coctū porcellū præduras ornas:adiicies
in caccabū oleū:liq̄mē:uinū:aquā obligas faſciculū porri
coriādri:media coctura colorabis defricto:adiicies ī mor-
tariū piꝑ liguſticū careū:origanū:apii:ſemē:laſeris radi-
cē:fricabis ſuffūdes:liq̄mē ius de ſuo ſibi uino:& paſſo tē
pabis:exinanies in caccabū facies ut ferueat. Cū ferbuerit
amulo obligas porcellū cōpoſitū: ī patina ꝑfūdes piꝑ aſꝑ
ges & īferes.    Porcellū celſinianū ornas īfūdes piꝑe ruta
cepa ſatureia ſucco ſuo:& oua infundes ꝑ auriculam & ex
piꝑe liquamine uino modico in acetabulū tēpas & ſumes.
Porcellum aſſum teres:piper:rutā:ſatureiā:cepā:ouoꝝ
coctoꝝ:media liquamen:uinū:oleū:conditū bulliat con-
ditura.porcellum inuoletari perfundes & inferes.
Porcellū hortolanū.porcellꝰ hortolanꝰ exoſſatᷣ ꝑ gulā ī
modū iuris mittitᷣ ī eo pullꝰ eſiciatꝯpticulati cōciſus. Tur
di ficedulæ eſicia de pulpas ſua:lucanicæ:dactyli exoſſati
fabriles bulbi:coclæ exēptæ:maluæ betæ:porri apiū:co-
liculi elixi:coriādrū:piꝑ integrū:nuclei oua qndecim ſuꝑ
iufūduntᷣ: liquamē:piꝑatū:oua mittantᷣ tria:& cōſuitᷣ &
prædaratᷣ.in furno aſſatᷣ. Deinde a dorſo ſcinditᷣ:& iure
hoc ꝑfūditᷣ piꝑ teritᷣ ruta:liq̄mē:paſſū:mel:oleū:modicū
cū bullierit:amulū mittitᷣ. Ius frigidū in porcellū ita fa-
cies.in elixū teres piper:careū anetū origanū:modice nu-
cleos pineos ſuffundes:acetū:liquamē: careotā:mel:ſina-
pe factum ſuperſtillabis:oleum:piper aſperges & inferes.

Porcellũ traganũ ſic facies:exoſſas porcellũ & aptabis
ſicuti enococtũ:& ad fumũ ſuſpẽdes tãtũ ſalis ollã mittes
& elixas:ut coquat̃.& ſic eũ in lance efferes:ſalſo recẽte in
porcello lactẽte:pipis unc.i.uini heminã olei optimi ace/
tabulũ aceti acetabulũ minus. In leporem.

LEporẽ madidũ in aqua percoquitur modice. Dein/
de cõponitur in patina ac coquendus oleo in furno.
Et cum prope ſit coctus ex alio oleo pertangito de condi/
tura infraſcripta teres piper ſatureiam cepam rutam apii
ſemen liquamen laſer uinũ & modice olei aliquoties uer/
ſatur in ipſa percoquitur conditura.

Item alia ad eam impenſam.

CVm ꝓpe tolli debeat teres piper dactylũ:laſer uuã
paſſam carœnũ liquamen oleũ ſuffundes. & cum
bullierit pip aſperges:& inferes leporẽ farſum.nucleos in
tegros amygdala nuces ſiue glandes cõciſas: piperis gra/
na ſolida pulpa de ipſo lepore & ouis fractis obligatur de
omento porcino in furno. Sic iterũ impenſam facies:ru/
tam piper ſatis cepã ſatureiam dactylos liquamen carœ/
num uel conditũ diu combuliat donec ſpiſſet. & ſic per/
funditur. Sed lepus in piperato liquamine & laſere ma/
neat. Ius album in aſſum leporẽ piper liguſticũ cuminũ
apii ſemen oui duri mediũ trituram colligis:& facies glo/
bum extra.In caccabulo coques liquamen uinum oleum:
acetum modice cepulam cõciſam:poſtea globulum con/
dimentoꝝ mittes:& agitabis origano uel ſatureia ſi opus
fuerit amulas. Aliter in leporem ex ſanguine & iecino/
re & pulmonibus leporinis minuta:adiicies in caccabum
liquamen & oleum cocturam porrũ & coriandrũ minu/
tatim concides. Iecinora & pulmones in caccabũ mittes.

Cum cocta fuerint teres pip:cuminum:coriandrũ:laſeris radicem mentã rutã:puleium:ſuffundes acetũ:adiicies iecinora lepoꝝ & ſanguinẽ teres mel:& de ſuo ſibi aceto tẽperabis. Exinanies ĩ caccabũ pulmones lepoꝝ minutatim cõciſos in eundẽ caccabũ mittes. facies ut ferueat. Cũ ferbuerit amulo obligas piper aſperges & inferes.

Aliter leporẽ ex ſuo iure loporem curas exoſſas ornas mittes in caccabũ:adiicies oleo liquamẽ:cocturã:faſciculũ porri:coriandrũ:anetũ. dũ coquit̃:adiicies in mortariũ pip liguſticũ:cuminũ coriãdri ſemẽ:laſeris radicẽ:cepam aridã:mentã:rutã:apii ſemen fricabis:ſuffundes liquamẽ:adiicies mel:ius de ſuo ſibi defricto aceto tẽpabis. facies ut ferueat:cũ ferbuerit amulo obligabis:exornas. Ius pfundes aſpges & inferes. Leporẽ paſſenianũ:leporem curas exoſſas extenſum ornas ſuſpẽdes ad furnũ. Cũ colorauerit facies ut dimidiã coctura coquat̃. lauas aſpges ſalem: maſſam œnogari tãges. adiicies ĩ mortariũ pip liguſticũ. fricabis ſuffundes liquamẽ:uinũ:& oleũ modicũ facies:ut ferueat. Cũ ferbuerit:amulo obligas. Leporem aſſum:a dorſo tangis:pip aſperges:& inferes.

Leporẽ eſiciatũ eadẽ coctura cõdies:pulpã nucleos infuſos admiſces:omento teges uel carta colliges lacimas & ſurcura:leporẽ farſilẽ:leporẽ:curas:ornas:quadratũ ĩponis. adiicies in mortariũ piper liguſticũ:origanũ: ſuffundes liquamẽ:adiicies iecinora gallinaꝝ cocta:cerebella cocta pulpã cõciſam:oua cruda tria liquamine tẽpabis:omẽto teges & carta & ſurculas lento igni ſubaſſas. adiicies in mortariũ pip liguſticũ fricabis:ſuffundes liquamen:uino & liquamine tẽpabis:facies ut ferueat. Cũ ferbuerit amulo obligas:& leporẽ ſubaſſatũ pfũdes pip aſpges & ĩferes.

Leporẽ aliter elixũ ornas. adiicies ĩ lãce oleũ: liquamẽ: acetũ paſſũ: cepã: cõcides & rutã uiridẽ. thymũ ſubcultratũ. & ſic apponis leporis cõdimẽta. terit᷑ pip: ruta cepulla & iecur leporis: liquamẽ: carenũ: paſſũ olei modicũ amulũ cũ bullit. Leporẽ ſucco ſparſũ: & hũc pcõdies ſicut hædũ tarpeianũ. añq̃ coq̃t᷑ ornat9ſuit᷑ pip: rutã ſatureiã cepã thymũ modicũ liq̃mine collues poſtea ĩ furnũ coques. & ĩ pẽſam talẽ circũ ſparges pipis ſemiunciã: rutã: cepã ſatureiã: dactylos. iiii. uuã paſſã: ius cũ coloratũ ſup uatillũ: uinũ: oleũ: liquamẽ: carœnũ freq̃ẽter tãgit᷑: ut cõditurã ſuã oẽm tollat poſtea ex pipe ſicco ĩ diſco ſummit᷑.

Aliter leporẽ cõditũ coques ex uino liq̃mine: aq̃ ſinape modicũ aneto porro cũ capillo ſuo cũ ſe coxerit: cõdies piper: ſatureiã: cepe rotũdũ dactylos: damaſcena duo: uinũ: liquamẽ: carœnũ olei modice ſtrĩgat᷑ amulo: modicũ bulliat. cõdit᷑ lepus ĩ patina pfundit᷑. Glires.

GLires iſicio porcio: itẽ pulpis ex oĩ mẽbro gliriũ erit trito cũ pipe nucleis: laſere: liq̃mĩe farcies glires: & ſutos ĩ tegula poſitos mittes ĩ furnũ: aut farſos ĩ clibão coq̃s.

Explicit Apicii tetrapus liber octauus.

Incipit eiuſdem thalaſſa liber nonus.


In locuſta & cappari.
In torpedine.
In loligine.
In ſepiis.
In polipo.
In oſtreis.
Omne genus cõchiliorum
In echino:
In merulis:
In ſarda cordula.
Embractum baianum.


In locuſta & capari.

i N locuſta & cappari ĩdura cepã: pallacanã cõciſam ei9 pip liguſticũ: careũ: cuminũ: careotã: mel

acetū:uinū:liq̄men:oleū defrictum:hoc ius adiicito ſinapi
in elixuris.locuſtas ſic facies apiunt̃ locuſtæ ut aſſolet cū
teſta ſua.& infundunt̃ eis piperatū coryandratū: & ſic in
craticula aſſant̃.Cum ſiccauerint adiicies eis in craticula:
quoties ſiccauerit:quouſq; aſſant̃.Locuſta elixa cū cumi/
nato bene inferes:pip liguſticū:petroſelinū:mētā ſiccam:
cuminum pluſculum: mel:acetū: liquamē:ſi uoles foliū
& malobatrum addes. Aliter locuſta eſicia de cauda ei/
us ſic facies folium noci:uuam prius demes & elixas.De/
inde pulpam concides:& cum liquamine: pipere & ouis
eſicia formabis.In locuſta elixa piper:cuminū:ruta mel:
acetum:liquamē:& oleū.Aliter in locuſta pip: liguſticū:
cuminū:mētā:rutā nucleos:mel:acetū:liquamē:& uinū.

### In torpedine.

IN torpedine terit̃ piper:ruta cepulla arida:mel:li/
quamen:paſſum:uinū:modice olei boni guttas cū
bullire cœperit amulo obligas.In torpedine elixa pip ligu
ſticū:petroſelinum:mentam:origanum:oui medium:mel
liquamē:paſſum:uinum:oleum ſi uoles addes ſinape ace/
tum.Si calidum uolueris uuam paſſam addes.

### In loligine.

IN loligine in patina teres pip: rutam: mel modicū
liquamen: carœnum:olei guttas.In loligine farſile
piper liguſticum: coryandrum:apii ſemen oui uitellum:
mel:acetū liquamen uinum & oleum obligabis.

### In ſepiis.

IN ſepia farſile pip:liguſticū:apii ſemē:careū:mel li
quamen:uini condimenta coctiua calefacies. & ſic
aperies ſepiā & pfundes.ſic facies eam ſepiam coctā cere/
bella elixa eneruata teres cū pipere:cui cōmiſces oua cru/

da.quod ſatis erit pip̄ integrū eſicia minuta & ſicco ſues & in bullientē ollā mittes ita ut coire impēſa poſſint. Sepias elixas ab alieno in frigidā miſces cū pipe laſere liq̄mie nucleis oua & cōdies ut uoles. Aliter ſepias pip̄ liguſticū. cuminū coriandrū uiridē mentā aridā oui uitellū mel liq̄mē uinū acetū & oleū modicū. & ubi bullierit amulo obligas

## In polypo.

IN polypo pipere liquamine laſere inferes.

## In oſtreis.

IN oſtreis piper liguſticum oui uitellum acetum liquamen oleum. & uinum ſi uolueris & mel addes.

## In omne genus conchiliorum.

IN omne genus conchilioꝝ piper liguſticum petroſelinum mentam ſiccam cuminum pluſculum mel liquamen ſi uoles folium & malobatrum addes.

## In echino.

IN echino accipies pultariū nouū oleū: modicū liq̄mē uinū dulce pip̄ minutū facies: ut ferueat: cū ferbuerit in ſingulos echinos mittes agitabis ter bulliat cū coxeris pip̄ aſpges & iferes. Aliter. echino pip̄ coſtū modice mētā ſiccā mulſū liq̄mē ſpicā īdicā & foliū. Aliter. Echinū colū mittes in aqua calida: coques leuas in patella. cōpones. addes folium piper mel liquamen olei modice: oua & ſic obligas. intermoſpodio coques: pip̄ aſperges & inferes.

In echino ſalſo: echinū ſalſum cū liq̄mine optimū carœno pipe tēpabis & appones. Aliter echinus ſalis liq̄men optimū admiſces: & quaſi recētes aptabūt: ita ut a balneo ſumi poſſint.

## In merulis.

IN merulis liq̄men porrū cōciſū cuminū paſſū ſatureiā uini miſtū facies aq̄ti ius: & ibi merulos coques.

## In ſarda cordula:Mugile.

IN ſardis.ſardã farſilẽ ſic facere oportet ſarda exoſſatur & terit᷑.puleiũ cũ piperis grana mẽtã nuces mel ĩplet᷑ & cõſuit᷑ ĩuoluit᷑ in carta & ſic ſupra uaporẽ ignis in operculo cõponit᷑.Cõdit᷑ ex oleo careno allego. Sarda ita fit.coqt᷑ ſarda exoſſat᷑ terit᷑ piꝑe liguſtico thymo origano ruta careota melle & in uaſculo ouis inciſis ornat᷑.Impẽſa uinũ modice acetũ defrictũ & oleũ uiride. Ius ĩ ſarda piꝑ origanũ mentã cepã aceti modicũ & oleũ.Ius ĩ ſarda.Piꝑ liguſticũ:mẽtã aridã:cepã coctã:mel:acetũ:oleũ ꝑfũdes aſꝑges ouis duris cõciſis.Ius in cordula aſſa piꝑ liguſticũ:apii ſemẽ mẽtã rutã careotã mel acetũ uinũ & oleũ. Cõuenit & in ſarda.Ius ĩ mugile ſalſo piꝑ liguſticũ cuminũ cepa:menta:ruta:calua:careota:mel:acetũ ſinape & oleum. Aliter ius in mugile ſalſo piꝑ origanũ eruca mẽta ruta calua careota:mel:oleũ:acetũ:& ſinapi.Ius in ſiluro in pelamide & in thynno ſalſis piꝑ liguſticũ:cuminũ:cepã:mẽtã rutã:caluã:careotã:mel:acetũ ſinape:oleũ. Ius ĩ mulo tarico pip rutã cepã dactylum ſinapi trito cõmiſces echino oleo & ſic ꝑfũdes.piſcẽ frictũ uel aſſatũ ſalſum ſine ſalſo. Iecur coques teres & mittes pip:aut liqmẽ:aut ſalẽ addes oleũ iecur leporis aut hædi aut agni aut pulli. & ſi uolueris ĩ formella piſcẽ formabis oleũ uiride ſupra adiicies.aliter uice ſalſi cuminũ piꝑ liqmen teres & paſſũ modice uel careni:& nuces tritas plurimas miſces:& ſimul cõteres & ſalſa redde.fũdes oleũ modice ſuꝑſtillabis & ĩferes.Aliter ſalſũ in ſalſo:cuminũ tãtũ q̃tũ qnq; digitis tollis.Pipis ad dimidiũ eius:& unã ſpicã alei purgatã teres.liqmẽ ſuꝑfũdes.oleũ modice ſuꝑſtillabis hoc ægrũ ſtomachũ ualde reficit & digeſtionẽ facit.

Embractũ baianũ.

O Mbractũ baianũ oſtreas minutas ſphõdilos urticas in caccabũ mittes nucleos toſtos cõciſos rutã:apiũ: piper coriandrũ cuminũ paſſum liquamen careotã oleũ.

Explicit Apicii thalaſſa. Liber nonus.

Apicii halieus uel halicuticon. Liber decimus.

In piſcibus diuerſis. In murenã. In Anguillã.

In piſcibus uariis.

i Vs diabota nõ in piſce frixo.piſcẽ quẽlibet.curas ſaluas:friges:teres:pip̃ cuminũ coriandri ſemen laſeris radicẽ origanũ rutã fricabis ſuffũdes acetũ:adiicies careotã mel defrictũ oleũ liquamẽ tpabis: refũdes ĩ caccabũ facias ut ferueat. Cũ ferbuerit piſcẽ frictũ pfũdes.pip̃ aſpges & inferes. Ius in piſce elixo pip̃ liguſticũ cuminũ cepullam origanũ:nucleos careotã mel acetũ liquamẽ ſinapi oleũ modice:ius calidũ:ſi uelis uuã paſſam. Aliter in piſce elixo teres pip̃ liguſticũ coriandrũ uiridẽ ſatureiã cepã ouoꝝ uitella cocta paſſum acetũ oleũ & liquamen. Ius in piſce elixo.piſcẽ curabis diligẽter.mittes in mortariũ ſalẽ.coriãdri ſemẽ cõteres:bene uolues:eũ adiicies in patinã coopis gypſabis coques ĩ furno.Cũ coctus fuerit:tolles aceto acerrimo aſpges & inferes. Aliter ius in piſce elixo cũ curaueris piſcẽ adiicies in ſartaginẽ ſemẽ:aquã anetũ uiride:& ipſũ piſcẽ:cũ coctus fuerit aſperges aceto & inferes. Ius alexãdrinũ in piſce aſſo:pip̃ cepã ſiccã:liguſticũ:cuminũ:origanũ:apii ſemẽ: pruna damaſcena enucleata mittis acetũ liqmẽ defrictum oleũ & coques. Aliter ius alexãdrinũ in piſce aſſo.pip̃ liguſticũ coriãdrũ uiridẽ uuã paſſam enucleatã:uinũ paſſum:liquamen oleum & coques.

Aliter ius alexãdrinũ in piſce aſſo pip̃ liguſticũ:coriã-

drum uiridem cepā damaſcena enucleata paſſum liqua-
mē oleū acetū & coques. Ius in cōgro aſſa pip̄ liguſticū
cuminū frictum origanū cepā ſiccam:ouo℞ uitella cocta:
uinū mulſum:acetū liquamen defrictū & coques. Ius in
carnutā piper liguſticū origanum:cepam:uuam paſſam:
enucleatam uinū mel acetum liquamen oleum & coques.

Ius ī mullos aſſos pip̄ liguſticū rutā mel nucleos acetū
uinū liq̄mē oleū modice calefacies & p̄fūdes. Aliter ius ī
mullos aſſos rutā mentā coriandrū phœniculū oīa uiridia
pip̄ liguſticū mel liq̄mē & oleū modice. Ius in pelamide
aſſa pip̄ liguſticū origanū coriādrū uiridē cepā:uuā paſ-
ſam acetū liq̄mē defrictū oleū & coques. hoc ius cōuenit ī
elixa ſi uis & mel addes. Ius in p̄cā pip̄ liguſticū:cumi-
nū frictū:cepā pruna damaſcena enucleata uinū mulſum
acetū oleū:defrictū & coques. Ius ī piſce rubellione:pip̄
liguſticū:careū:ſerpillū:apii ſemen:cepā ſiccā:uinū:paſ-
ſum:acetū:liquamē:oleū amulo obligas. Ius in murena
aſſa:pip̄ liguſticū:ſatureiā:croco magna cepa:pruna da-
maſcena enucleata uinū:mulſum:acetū liquamē defrictū
oleū & coques. Aliter ius in murena aſſa pip̄ liguſticū:
pruna damaſcena:uinū mulſum:acetū:liquamē defrictū
oleū & coques. Aliter ius in murena aſſa pip̄ liguſticū:
neptā montanā:coriādri ſemen:cepā:nucleos pineos mel:
acetū:liquamē:oleū:& coques. Aliter ius in murena eli-
xa pip̄ liguſticū:careū:apii ſemen:coriādrū:mentā aridā:
nucleos pineos rutā:mel:acetū:uinū:liq̄men:oleū modice
calefacies & amulo obligas. Ius in murena elixa pip̄ li-
guſticū:careū:cuminū:nucleos: careotā:ſinape:mel: ace-
tū:liq̄mē oleū defrictū. Ius in piſce elixo pip̄ liguſticū:
petroſelinū:origanū:cepā aridā:mel:acetū:liq̄men:uinū:

oleũ modice cũ bullierit:amulo obligas & in lãce inferes.

Aliter ius in murena elixa pip̱ liguſticũ:acetũ: apii ſe/
men:rus ſyriacũ:careotã:mel:acetũ:liquamen:oleũ:ſina/
pe defrictũ. Ius in lacertos elixos pip̱ liguſticũ:cuminũ:
rutã uiridem:cepã:mel:acetũ:liquamen:oleũ:modice cũ
bullierit:amulo obligas. Ius in piſce aſſo:pip̱ liguſticũ:
thymũ:coriandrũ uiridẽ:mel:acetũ:liquamẽ:uinũ:oleũ:
defrictum calefacies:& zitabis rutæ ſurculo:& obligabis
amulo. Ius in thynno:piper:cuminũ:thymũ:coriãdrũ:
cepã:uuã paſſam:acetũ:mel:uinũ:oleũ calefacies:amulo
obligas. Ius in thynno elixo pip̱ liguſticũ: thymũ:con/
dimenta mortaria cepã:careotã: mel:acetũ: liquamen:&
oleũ:& ſinape. Ius in dentice aſſo piper liguſticum:co/
riandrũ: mentã:rutã aridam:malũ cydoniũ coctum mel
uinum:liquamen oleum calefacies:amulo obligabis.

Iuſi in piſce aurata:pip̱ liguſticũ:careũ:origanũ:rutæ
baccã mentã:myrtæ baccã:oui uitellũ:mel:acetũ:oleũ:ui
nũ:liq̃mẽ:calefacies & ſic uteris. Ius ĩ piſce aurata aſſa
pip̱:coriãdrũ:mẽtã aridã:apii ſemẽ:cepã:uuã paſſã:mel:
acetũ:uinũ:liq̃mẽ:& oleũ. Ius ĩ ſcorpione elixo pip̱:ca/
reũ:petroſelinũ:careotã:mel:acetũ:liq̃mẽ:ſinape oleũ de/
frictũ. In piſce œnogarꝫ teres:piper:rutã:mel cõmiſces:
paſſum:liq̃mẽ:carœnũ:& igni molliſſimo calefacies. In
piſce œnogarꝫ ut ſupra facies:cũ bullierit:amulo obliga/
bis. In ãguilla:pip̱ liguſticũ:apii ſemẽ:anetũ:rus ſyria/
cũ:mel:acetũ:liq̃mẽ:oleũ: ſinape:& defrictũ. Ius in an/
guillã:pip̱ liguſticũ:ius ſyriacũ:mentã ſiccã:rutæ baccas:
ouoꝝ uitella:coctũ mulſum:acetũ:liquamẽ:oleũ coques.

Celii Apitii halieus liber decimus & ultimus. Explicit.

## Antonius mota Ad uulgus.

Plaudite fartores:cætari:plaudite uentres
  Plaudite myſtili tecta peruncta coqui
Pila ſit albanis quæcunq; ornata lagænis
  Pingue ſuum copolimen obeſus amet
Occupat inſubres altiſſimus ille nepotum
  Gurges & undantes auget & urget aquas
Millia ſex uentri qui fixit Apicius alto
  Inde timens:ſumpſit dira uenena:famem.

## Ioãnes ſalandus lectori.

Accipe quiſquis amas irritamenta palati:
  Præcepta:& leges:oxigarumq; nouum:
Condiderat caput:& ſtygias penetrauerat undas
  Celius:in lucem nec rediturus erat:
Nunc teritur dextra uerſatus Apicius omni
  Vrbem habet:& tectum qui peregrinus erat:
Acceptum mottæ noſtro debebis:& ipſi
  Immortalis erit gratia:laus & honor:
Per quem non licuit celebri caruiſſe nepote:
  Per quem dehinc fugiet lingua latina ſitum.

Finis.

Impreſſum Venetiis per Bernardinum Venetum.

# C. SVETONII TRANQVILLI DE GRAMMATICIS: ET RHETORIBVS CLARIS LIBELLVS.

GRAMMATICA Romæ ne in uſu qdē olim ne dū in honore ullo erat: rudi ſcilicet ac bellicoſa etiā tū ciuitate: nec dū magnope liberalib9 diſciplinis uacāte. Initiū quoq; ei9 mediocre extitit. Siqdē antiqſſimi doctoꝝ qdē & poetæ & ſemigræci erāt: Liuiū & Enniū dico: quos utraq; lingua domi foriſq; docuiſſe adnotū eſt: nihil āplius q̄ græce īterpretabant̄: aut ſiqd ipſi latine cōpoſuiſſent: prællegabāt. Nā qđ nōnulli tradunt duos libros de lr̄is ſyllabiſq;: itē de metris ab eodē Ennio editos: iure arguit. L. Cotta: nō poetæ: ſed poſterioris Ennii eē: cuius ēt de augurādi diſciplina uolumina ferant̄. Prim9 igit̄ q̄tū opinamur ſtudiū grāmaticæ in urbē ītulit Crates mallotes Ariſtarchi æq̄lis: q miſſus ad ſenatū ab Attalo rege īter ſecūdū & tertiū bellū ſub ipſā Ennii mortē: cū regiōe palatii ꝓlapſus in cloacæ foramē crus fregiſſet: ꝑ omne legatiōis ſimul & ualitudinis tēpus plurimas acroaſis ſubinde fecit: aſſidueq; diſſeruit: ac nr̄is exēplo fuit. Hactenus tn̄ imitati: ut carmina paꝝ adhuc diuulgata uel defūctoꝝ amicoꝝ: uel ſiquoꝝ alioꝝ ꝓbaſſent: diligēti9 retractarēt: ac legēdo cōmētādoq; & cæteris nota facerēt: Vt. C. octauius lampadio Neuii punicū bellū: qđ uno uolumine & cōtinēti ſcriptura expoſitū diuiſit in. vii. libros: Vt poſtea. Q. Vargūtius ānales Ennii: qđ certis diebus in magna frequētia ꝓnūciabat: ut Lelius Archela9 uecti9. Q. Philocom9 Lucilii ſatyras familiaris ſui: q̄s legiſſe ſe apud Archelaū Pōpei9 lene9: apud Philo-

comũ Valerius Cato prædicant. Inſtruxerũt auxerũtq; ab oĩ pte grãmaticã. L. ælius Ianuuinus gener. Q. ælii: Ser. Clodi9 uterq; eques. ro. multiq; ac uarii & ĩ doctrina & in re. pu. Aeli9 cognoſe duplici fuit: nã & præconi: qđ pr̃ eius præconiũ fecerat uocabat̃: & Iſtilo qđ oĩones nobiliſſimo cuiq; ſcribere ſolebat. Tãtũ q manũ fautor: ut. M. Metellũ numidicũ ĩ exiliũ comitatus ſit. Serui9 cũ librũ ſoceri nõ/dũ editũ fraude ĩtercepiſſet: & ob hoc repudiatus: pudore ac tedio ſeceſſiſſet ab urbe ĩ podagræ morbũ incidit: cuius ĩpatiẽs ueneno ſibi punxit pedes: & enecuit: ita ut parte ea corporis q̃ſi præmortui uiueret. Poſt hoc magis ac magis & gr̃a & cura artis increuit: ut ne clariſſimi qdẽ uiri abſti/nuerint: quo minus & ipſi aliqd de ea ſcriberẽt. Vtq; tpib9 qbuſdã ſup uiginti celebres ſcholæ fuiſſe in urbe tradunt̃.

Pretia uero grãmaticoꝝ tãta: mercedeſq; tã magnæ: ut cõ/ſtet Luctatiũ Daphnidẽ: quẽ. L. Meliſſus per cauillationẽ nõis panoſagacema dicit. DCC. nũmũ a. Q. Catulo ẽptũ: ac breui manumiſſum. L. apuleiũ ab Eficio caluino. EQ. RO. prædiuite q̃dringenis annuis cõductos multos edo/cent. Nam in ꝓuincias quoq; grãmatica penetrauerat: ac nõnulli de notiſſimis doctoribus peregre docuerunt: ma/xime in Gallia togata: inter quos Octauius ceucer & Se/ſcenius Iacchus & Oppius cares. Hic qdẽ ad ultimã ætatẽ & cum iam nõ ingreſſu modo deficeretur: ſed & uiſu.

APpellatio grãmaticoꝝ græca cõſuetudine inualuit: ſed initio litterati uocabant̃. Corneli9 quoq; nepos libello: quo diſtĩguit lr̃atũ ab erudito: lr̃atos qdẽ uulgo ap pellari ait eos: q diligẽter & acute ſciẽterq; poſſint aut di/cere aut ſcribere. Cæteꝝ ꝓprie ſic appellãdos poetaꝝ ĩter/pretes: q a græcis grãmatici nõĩent̃. Eoſdẽ lr̃atores uocita/

tos Meſſala coruinus in quadā epiſtola oſtēdit:nō eſſe ſibi
dicens rē cū Furio Bibaculo:nec cū ſigida qdē aut littera/
tore Catone.Significat enim haud dubie Valeriū Catonē
poetā ſimul grāmaticūq; notiſſimū.Sūt qui lrātū a littera
tore diſtinguāt:ut græci grāmaticū a grāmatiſta:ne illum
quidē abſolute:hūc mediocriter doctū exiſtiment.Quoꝝ
opinionē Orbilius etiā exēplis cōfirmat. Nāq; apud ma/
iores ait cum familia alicuius uenalis produceretur:nō te/
mere quē non litteratū in titulo:ſed litteratorē inſcribi ſo/
litum eſſe:quaſi non perfectum litteris ſed imbutum.

VEteres grāmatici & rhetoricā docebant:ac multoꝝ
de utraq; arte cōmentarii feruntur. Secundū quā
conſuetudinē poſteriores quoq; exiſtimo:q̄q̄ iam diſcretis
poſſeſſionibus nihilominus uel retinuiſſe uel inſtituiſſe:&
ipſos quædā genera inſtitutionū ad eloquentiā præparan/
dam:ut ꝓblemata:paraphraſis:Allocutiones:æthologias:
atq; alia hoc genus:ne ſcilicet ſicci omnino atq; aridi pueri
rhetoribus traderent̄.Quæ quidē omitti iam uides deſi/
dia quorūdā & infantia.Non enim faſtidio putē.Me qdē
adoleſcētulo:repeto quendā principē nomine alternis die/
bus declamare:alternis diſputare:nōnullis uero mane diſ/
ſerere:poſt meridiem remoto pulpito declamare ſolitum.
Audiebam etiā memoria patrū quoſdā e grāmaticis ſta/
tim e ludo tranſiſſe in forum:atq; in numerum præſtan/
tiſſimoꝝ patronoꝝ receptos.Clari ꝓfeſſores:& de quibus
prodi poſſit aliquid dūtaxat a nobis:fere hi fuerunt.

SAeuius nicanor primus ad famā dignationēq; docē
do ꝑuenit:fecitq; præter commētatores: quoꝝ tñ ꝑs
maxīa ītercepta dicit̄:ſatyrā quoq; ī q̄ libertinū ſe duplici
cognomine eē ꝑ hoc īdicat.Sæui⁹nicanor Marci libertus

negabit Sæuiꝰ poſtunus idē ac Marcꝰ docebit. Sūt q̄ tra/
dāt ob īfamiā q̄ndā eū ī ſardiniā ſeceſſiſſe: ibiq; diē obiſſe.

AVrelius opilius epicurei cuiuſdā libertus philoſo/
phiā primo: deinde rhetoricam: nouiſſime grāma/
ticā docuit. Dimiſſa autē ſchola Rutiliū Ruffū damnatū
in Aſiā ſecutus ibidē ſmirnæ ſimulq; cōſenuit: cōpoſuitq;
uariæ eruditionis aliquot uolumina: ex quibꝰ nouē unius
corporis. Q ui q̄a ſcriptores ac poetas ſub cliētela muſaꝝ
iudicaret: nō abſurde & feciſſe & ſcripſiſſe ſe ait ex nume/
ro diuaꝝ & appellatiōe. Huic cognomē in pleriſq; indici/
bus & titulis ꝑ unā litterā ſcriptū animaduerto. Verū ipſe
id per duos effert in paraſſichide libelli q̄ inſcribitˀ pinax.

MArcus antoniꝰ gnipho ingenuꝰ in gallia natus: ſed
expoſitus a nutritore ſuo manumiſſus inſtitutuſq;
alexādriæ q̄dē ut aliq̄ tradūt in cōtubernio dionyſii ſcita/
bachiōis. Q d' eq̄dē nō temere crediderim: cū tpoꝝ rō uix
cōgruat. Fuiſſe dicitˀ ingenii magni: memoriæ ſingularis:
nec minꝰ græce q̄ latine doctꝰ. Præterea comi faciliq; na/
tura: nec unq̄ de mercedibꝰ pactus: eoq; plura ex liberali/
tate diſcentiū cōſecutus. Docuit primū in diui Iulii domo
pueri adhuc: deinde ī ſua priuata. Docuit aūt & rhetoricā
ita ut quotidie præcepta eloquentiæ traderet: declamaret
uero nō niſi nūdinis. Scholā eiꝰ claros quoq; uiros frequē/
taſſe aiūt: In iis. M. Ciceronē ēt cū prætura fūgeretˀ. Scri/
pſit multa: q̄uis annū ætatis q̄nquageſimū non exceſſerit:
& ſi Atheius philologus duo tantū uolumina de latino ſer/
mone reliquiſſe eum tradat. Nam cætera ſcripta diſcipu/
loꝝ eius eſſe: nō ipſius: in q̄bus & ſuū alicubi repiri nomē.

MArcus pōpilius ādronicus natiōe ſyrus: ſtudio epi/
curæ ſectæ: deſidioſior in ꝓfeſſione grāmaticæ ha/

bebat': minuſq; idoneus ad tuẽdã ſcholã. Itaq; cũ ſe in ur/
be nõ ſolũ Antonio gniphoni: ſed cæteris etiã deterioribus
poſtponi uideret: cumas trãſiit: ibiq; in ocio uixit: & mul/
ta cõpoſuit. Verũ adeo inops atq; egens: ut coact9 ſit præ/
cipuũ illud opuſculũ ſuum ãnalium Ennii elenchoꝝ. xvi.
nummum cuidã uendere. Quos libros Orbilius ſuppreſ/
ſos redemiſſe ſe dicit: uulgãdoſq; curaſſe nomine auctoris.

ORbilius pupillus beneuentanus morte parẽtũ una
atq; eadẽ die inimicoꝝ dolo interẽptoꝝ: deſtitutus
appariturã magiſtratib9 fecit. Deinde in macedonia cor/
niculo: mox equo meruit: functuſq; militia ſtudia repetit:
quæ iã inde a puero non leuiter attigerat: ac ꝓfeſſus diu in
pr̃ia qnquageſimo demũ ãno Romã cõſule Cicerone trã/
ſiit: docuitq; maiore fama q̃ emolumẽto. Nãq; iã ꝑ ſenex
pauperẽ ſe & habitare ſubtegulis quodã ſcripto fatet'. Li/
brũ etiã cui eſt titulus perialogos edidit: continẽtẽ quere/
las de iniuriis quas ꝓfeſſores negligẽtiore acerbe nõ modo
in antiſophiſtas: quas omni in occaſione lacerauit: ſed etiã
in diſcipulos: & horatius ſignificat: plago ſũ eũ appellãs:
& Domitius Marſus ſcribens Si quos orbilius ferula ſcu/
ticaq; cecidit. Ac ne principũ qdẽ uiroꝝ inſectatione ab/
ſtinuit. Siqdẽ ignot9 adhuc cũ iudicio frequenti teſtimo/
niũ diceret: ĩterrogatus a Varrone diuerſæ partis aduoca/
to quidnã ageret: & quo artificio uteret': gibberoſos ſe de
ſole in umbrã trãſferre rñdit: q, murena gibber erat. Vixit
ꝓpe ad cẽteſimũ ætatis annũ amiſſa iã pridẽ memoria: ut
Verſus bibaculi docet. Orbili9 ubi nã eſt literaꝝ obliuio?
Statua eius beneuẽti oſtẽdit' In capitolio ad ſiniſtrũ latus
marmoreo habitũ ſedẽtis ac palliati appoſitis duob9 ſcri/
niis. Reliquit filiũ orbiliũ & ipſũ grãmaticũ ꝓfeſſorem.

ATrius philologus libertin9 athenis ē nat9. Hūc capito ateius nat9 iuris cōſultus īter grāmaticos rhetorē inter rhetores grāmaticū fuiſſe ait. De eodem Aſinius pollio ī libro quo Saluſtii ſcripta reprehēdit ut a nimia priſcoꝝ uerboꝝ affectatōe oblita: ita tradit: In eā rē adiuriū ei fecit maxime quidā ateius prætextat9 nobilis grāmaticus latinus declamantiū deinde atq; præceptor ad ſumma philologus ab ſemet noīatus. Ipſe ad. L. hermā ſcripſit ſe ī græcis litteris magnū proceſſum hr̄e: & in latinis nō nullū: audiſſe antoniū gniphonē: eiuſq; hermā poſtea docuiſſe. Præcepiſſe autē multis & claris iuuenibus: in q̄s appio quoq; & pulchro claudiis fratribus: quoꝝ comes in ꝓuincia fuerit: philologi appellationē aſſumpſiſſe uidet̄: q̄a ſicut Eratoſthenes: qui primus hoc cognomē ſibi uendicauit: multiplici uariaque doctrina cenſebatur. Quod ſane ex cōmētariis eius apparet: quāquā pauciſſimi extent. De quoꝝ tñ copia ſic altera ad eundē hermā epiſtola ſignificat. Hylen noſtrā aliis memēto cōmendare: quā omnis generis coegimus uti ſcis octingentos in libros. Coluit poſtea familiariſſime. C. Saluſtiū: & eo defuncto Aſiniū pollionē: quos hiſtoriā cōponere aggreſſos: alteꝝ breuiario rerū omniū romanarū: ex quibus quas uellet eligeret: inſtruxit: alterum præceptis de ratione ſcribendi. Quo magis miror Aſiniū crediſſe antiqua eū uerba & figuras ſolitū eſſe colligere Saluſtio: cū ſibi ſciat nil aliud ſuadere: q̄ ut noto ciuiliq; & proprio ſermone utatur: ut q; maxime obſcuritatem Saluſtii & audaciā in tranſlationibus.

VALERIVS cato ut nō nulli tradiderūt: Burſeni cuiuſdā libert9 ex gallia: Ipſe libello cui eſt titul9 indignatio īgenuū ſenatū ait: & pupillū relictū: eoq; facili9 li/

centia Syllani tpis exutũ pͥmonio:docuit multos & no/
biles:uiſuſq; eſt pidone9præceptor:maxie ad poetas tẽdẽti
bus:ut qdẽ appere uel his uerſiculis põt. Cato grãmaticus
latina ſyrẽ:q ſol9legit ac facit poetas. Inſcripſit præter grã
maticos libellos ẽt poemata:ex qb9præcipue ꝓbant Ly/
dia & Diana:Lidiæ Tycida meminit:Lydia doctoꝝ maxi
ma cura liber:Dianæ Cinna:Sæcula ꝑmaneat nr̃i Diana
Catonis. Vixit ad extremã ſenectutẽ:ſed in ſũma pauptate
& pene inopia:abduct9 modico gurguſtio poſtquã tuſcu/
lana uilla creditorib9ceſſerat:ut autor eſt Bibacul9. Siqs
forte mei domũ Catonis:Depictã minio aſſilla & illos Cu
ſtodes uidet hortulos priapi Mirat̃ qb9ille diſciplinis Tãtã
ſapiẽtiã ſit aſſecut9. Q uẽ tres calculi:ſelibra farris:Race/
mi duo tegula ſub una:ad ſũmã ꝓpe nutriãt ſenectã, et rur
ſus:Catonis modo galle tuſculanũ:Tota creditor urbe uẽ
ditabat Mirati ſum9unicũ magiſtrũ:Sũmũ grãmaticũ:
optimũ poetã:Oẽs ſoluere poſſe quæſtiones:Vnũ difficile
expedire nomẽ:En cor zenodoti:en iecur cratetis.

COrneli9epicad9. L. Cornelii Syllæ dictatoris lib̃t9:
calatorq; ĩ ſacerdotio augurali:filioq; ei9 fauſto gra
tiſſim9fuit:qſi nũq̃ ñ utriuſq; ſe lib̃tũ edidit. Librũ ãt quẽ
ſylla nouiſſimũ d̃ reb9ſuis ĩpſcm̃ reliqrat:ipſe suppleuit.

STaberi9hero ſuo more empt9 d̃ cataſta:& pp ſtudiũ
manumiſſ9:docuit ĩter cæteros Brutũ & Caſſiũ. Sũt
q tradãt tãta cũ honeſtate præditũ:ut tpib9ſyllanis ꝓſcri/
ptoꝝ lib̃os gratis & ſine mercede ulla ĩ diſciplinã recepit.

HIrtias nitia hæſit. Cn. Pompeio & . C. Mẽmio. Sed
cum codicillos Mẽmio ad Pompeii uxorẽ de ſtu/
pro ꝑtuliſſent:ꝓditas ab ea Pompeiũ offendit: domoq; ei
interdictũ eſt, Fuit & . M. Ciceronis familiaris:in cui9epi/

ſtola ad dolobellã hæc de eo legimus. Nihil Romæ geri͛t: qđ te putẽ ſcire curare niſi forte ſcire uis me inter Hirciã noſtrũ & uidiũ iudicẽ eſſe. Profert alter duobus uerſiculis expẽſum Niciæ. Alter Ariſtarchus hos ,Ego tãq̃ criticus antiquus iudicaturus ſum: utrũ ſint

,Itẽ ad Atticũ de Nicia. Q đ ſcribis ita me haberẽ: ut eius humanitate frui poſſem: in primis uellẽ mecũ illũ hẽri. Sed mihi ſollicitudo & receſſus ꝓuí/cia ẽ. Præterea nr̃i Niciæ nr̃i imbecillitatẽ: mollitiẽ: cõſue/tudinẽ uict9. Cur ergo illi moleſtus eẽ poſſem. Volũtas tñ ei9 mihi grata eſt. hui9 de lucilio libros ẽt ſatyra cõprobat.

LAeneus magni Põpeii libertus: & pene oĩum expe/ditionũ comes: defũcto eo: filiiſq̃ eius: ſchola ſe ſu/ſtẽtauit: docuitq̃ in carinis ad telluris tẽplũ: in qua regiõe Põpeioꝝ domus fuerat: ac tanto amore erga p̃roni memo/riam extitit: ut Saluſtiũ hiſtoricũ: quod cũ oris probum: animo ĩuerecũdo ſcripſiſſet: acerbiſſima ſatyra lacerauit: Laſtaurum & lurchonẽ & nebulonem popinonẽq̃ appel/lans: & uita ſcriptiſq̃ mõſtruoſum. Præterea priſcoꝝ Ca/toniſq̃ uerboꝝ ineruditiſſimũ furẽ. Traditur aũt puer ad/huc cathenis ſurreptus refugiſſe in patriam: perceptiſq̃ li/beralibus diſciplinis pretium ſuũ retuliſſe. Verũ ob inge/nium atq̃ doctrinã gratis manumiſſus.

QVintus Cecilus epirota tuſculi natus: libertus ſarti eqtis. Ro. ad quẽ ſũt Cicerõis epiſtolæ: cũ filiã pa/troni nuptã. M. agrippæ doceret: ſuſpectus ĩ ea: & ob hoc remotus: ad Corneliũ Gallũ ſe cõtulit: Vixitq̃ una fami/liariſſime: qđ ipſi gallo ĩter grauiſſima crimina ab augu/ſto obiici͛t. Poſt inde dãnationẽ mortẽq̃ Galli ſcholã ape/ruit: ſed ita ut paucis & tantũ adoleſcẽtib9 præcipet: præ/

textato nemini:niſi ſicuiꝯparēti hoc offm̄ negare nó poſſet
Primus dicit̃ latine ex tēpore diſputaſſe:primuſq; Virgi/
lium & alios poetas ꝑlegere cepiſſe:qđ etiā Domitii marſi
uerſiculus indicat:Et epirota tenelloꝝ nutricula uatum.

VErrius Flaccus libertinus docendi genere maxime
inclaruit.Nāq; ad exercitanda diſcentium ingenia
æquales intra ſe cómittere ſolebat:ꝓpoſita nó ſolū mate/
ria:quā ſcriberēt:ſed & ꝓæmio:qđ uictor auferret.Id erat
liber aliqs antiquus:pulcher:aut rarior. Quare ab augu/
ſto quoq; nepotibus eius præceptor electus tranſiit in pa/
latiū cum tota ſchola.Veꝝ ut neq; amplius poſthac diſci/
pulū recipet: docuitq; in atrio Catilinæ domus:quæ pars
palatii tunc erat:& centena ſe tertia in annū accepit. De/
ceſſit ætatis exactæ ſub Tiberio.Statuam habet præneſte
in inferiore fori parte circa heniculū. In quo facto a ſe or/
dinatos & marmoreo parieti inciſo publicaret.

LVcius Craſſitius genere tarētinus ordinis libertini:
cognomine paſides mox pauſa ſe tranſnominauit.
Hic initio circa ſcænā uerſatus eſt dū mimographos adiu/
uat.Deinde in parcula docuit:donec cōmētario Smirnæ
edito adeo inclaruit:ut hæc de eo ſcriberent̃.Vni craſſitio
ſe credere Smirna ꝓbauit. Deſinite indocti cóiugio hanc
petere:Soli Craſſitio ſe dixit nubere uelle:Intima cui ſoli
uota ſua extiterūt:Sed cum & doceret iam multos ac no/
biles:In iis Iulium antonium triumuiri filium: ut Verrio
quoq; Flacco compararetur dimiſſa repente ſchola:tran/
ſiit ad.Q.Septimi philoſophi ſectam.

SCribonius Aphrodiſius Orbilii ſeruus atq; diſcipu/
lus:mox a Scribonia lybonis filia:quæ prior Agu/
ſti uxor fuerat redēptus & manumiſſus docuit quo Ver/

rius tempore:Cuius etiã libros de orthographia reſcripſit non ſine inſectatione ſtudioꝝ morũq; eius.

CAius Iulius Higinus Auguſti libertus natione hiſpanus:nõnulli Alexandrinũ putant: & a Cæſare puerũ Romã adductum Alexãdria capta:ſtudioſe & audiit & imitatus eſt Corneliũ Alexandrũ Grãmaticũ Græcum:quẽ propter antiquitatis notitiã polyhiſtorẽ multi: quidam hiſtoriam uocabant. Præfuit palatinæ bibliothecæ:nec eo ſecius plurimos docuit: Fuitq; familiariſſimus Ouidio Poetæ:&.C. Licinio conſulari hiſtorico: qui eum admodũ pauperẽ deceſſiſſe tradit:& liberalitate ſua quoad uixerit ſuſtentatũ.Huius libertus fuit Iulius Modeſtus in ſtudiis atq; doctrina ueſtigia patroni ſecutus.

CAius Meliſſus Spoleti natus ingenuus: ſed ob diſcordiã parẽtũ expoſitus:cura & induſtria educatoris ſui altiora ſtudia ꝑcepit:ac Mecenati pro grãmatico datus eſt muneri.Cui cũ ſe gratũ & acceptũ ĩ modũ amici uideret:q̃q̃ aſſerẽte matre ꝑmãſit tamẽ in ſtatu ſeruitutis: præſentemq; conditionẽ ueræ origini antepoſuit:Quare cito manumiſſus Auguſto & inſinuatus eſt: quod elegãtẽ curam ordinandaꝝ Bibliothecaꝝ in Octauiæ porticu ſuſcepit:Atq; ut ipſe tradit ſexageſimũ ætatis annũ agẽs libellos ineptiaꝝ:qui nũc locoꝝ ſcribuntur cõponere inſtituit:abſoluitq;.C.&.L.q̄bus & alios diuerſos poſtea addidit.Fecit & nouũ genus togataꝝ:inſcripſitq; trachatas.

MArcus Pomponius Marcellus ſermonis latini exactor modeſtiſſimus in aduocatione quadam. Nam interdũ & cauſas agebat:ſolœciſmũ ab aduerſario factum uſq;adeo arguere perſeuerauit: ꝙ Caſſius Seuerus interpellatis iudicibus dilationẽ petiit: Vt litigator ſuus alium

grammaticũ adhiberet:quando non pũtat is cum aduer/ſario de iure ſibi:ſed de ſolœciſmo cõtrouerſiam futuram. Hic idẽ cũ ex oratione Tiberium reprehendiſſet:affirmã/te atteio capitone & eſſe illum latinum:& ſi non eſſet fu/turum certe. Iam mentitur inquit Capito. Tu enim Cæ/ſar ciuitatem dare potes hominibus:uerba non potes:Pu/gilem olim fuiſſe Aſinius Gallus hoc in eum epigrãmate oſtendit. Qui caput ad leuam didicit: Gloſſemata uobis præcepit os nullum uel potius pugilis.

QVintus Rhemnius palemõ uicẽtinus mulieris uer/na:Primo ut ferũt textrinũ: deinde herilẽ filiũ dũ comitat᷑ in ſcholas:litteras didicit.Poſtea manumiſſus do cuit Romæ:ac principẽ locũ inter grãmaticos tenuit:q̃q̃ infamis omnib⁹ uitiis:palamq; & tiberio & mox claudio prædicãtibus nemini minus inſtitutionẽ pueroꝶ uel iuue/num cõmittẽdã. Sed capiebat homines cũ memoria reꝶ: tũ facilitate ſermonis.nec nõ etiã poemata faciebat extpe. Scripſit uero ex uariis nec uulgaribus metris.Arrogantia fuit tanta ut.M.Varronẽ porcũ appellaret: ſecũ & natas & morituras lr̃as iactaret. Nomen ſuũ in bucolicis nõ te/mere poſitũ:ſed præſagãte Virgilio fore qñq; omniũ poe/tarũ ac poematũ palemonẽ iudicẽ.gloriabat᷑ etiã latrones quondã ſibi ꝓpter noĩs celebritatem parſiſſe.Luxuriæ ita indulſit:ut ſæpius in die lauaret:nec ſufficeret ſumptibus: q̃q̃ ex ſchola q̃dringena ãnua capet:ac nõ multo minus ex re familiari:cuius diligẽtiſſim⁹erat:cũ & officinas ꝓmer/caliũ ueſtiũ exerceret:& agros adeo coleret:ut uitẽ manu ei⁹inſtitutã ſatis cõſtat.CCCLXV.uaſa edidiſſe.Sed ma/xime flagrabat libidinib⁹in mulieres uſq; ad infamiã oris. Dicto quoq; nõ infaceto notatũ ferũt cuiuſdã:q cũ ĩ turba

oſculũ ſibi ingerẽtẽ:q̃q̃ refugiẽs deuitare nõ poſſet: Vis tu inqt magiſter: quotiẽs feſtinãtẽ aliquẽ uides abligurire.

M Arcus Valerius ꝓbus berritius diu cẽturiatũ petiit: donec tedio ad ſtudia ſe cõtulit. Legerat in ꝓuincia quoſdã ueteres libellos apud grãmatiſtã durãte adhuc ibi antiquoꝝ memoria: nec dũ oĩno abolita ſic ut Romæ hos eũ diligẽti9 repetere atq; alios deinceps cognoſcere cupet: quãuis oẽs cõtẽni: magiſq; obprobrio legẽtib9: q̃ gloriæ & fructui eẽ aĩaduerteret: nihilomin9 in ꝓpoſito mãſit: multaq; exẽplaria cõtracta emẽdare ac diſtinguere & ãnotare curauit. ſoli huic nec ulli præterea grãmatices parti deditus. Hic nõ tã diſcipulos q̃ ſectatores aliquot habuit. Nũq̃ enim ita docuit ut magiſtri pſonã ſuſtineret, unũ uel alteꝝ uel cum plurimos: tres aut quattuor poſtmeridianis horis admittere ſolebat: cubanſq; inter longos ac uulgares ſermones legere quædã: idq; perraro nimis. Pauca & exigua de quibuſdã minutis quæſtiũculis edidit. Reliquit aũt nõ mediocrẽ ſiluam obſeruationum ſermonis antiqui.

## SVETONIVS DE CLARIS RHETORIBVS.

R Hetorica quoq; apud nos pinde atq; grãmatica fere recepta eſt: paulo etiã difficilius: qppe quã cõſtet nõnũq̃ etiã ꝓhibitã exerceri. Quod necui dubiũ ſit: uetus itẽ cenſoriũ. edictũ ſubiiciã Fãnio Strabone. M. Valerio ſala cõſulibus. M. Pomponius prætor ſenatũ cõſuluit qđ uerba facta ſunt de philoſophis & rhetoribus: de ea re ita cenſuerũt: ut. M. Pomponius prætor animaduerteret: curaretq; ut ſi ei e re. pu. fideq; ſua uideretur uti Romæ ne eſſent. De eiſdem interiecto tẽpore. CN. Domitius Aenobarbus. L. Licinius Craſſus cenſores ita e dixerũt: nenuntiatum eſt nobis eſſe homines qui nouũ genus diſciplinæ

inſtituerũt:iuuẽtus ad quos in ludũ cõueniat:eos ſibi no/
men impoſuiſſe latine ſcilicet rhetoras:Ibi hoĩes adoleſcẽ/
tulos totos dies deſidere.Maiores noſtri quæ liberos ſuos
diſcere:& quos in ludos intrare uellent inſtituerunt. Hæc
noua quæ præter cõſuetudinẽ ac morẽ maioꝝ fiunt:neq;
placent:neq; recta uidentur:Quapropter & in iis qui eos
ludos habent:& iis qui eo uenire conſuerunt:uidetur fa/
ciendũ:ut oſtendamns noſtrã ſententiã uobis non placere.
Paulatim & ipſa utilis honeſtaq; apparuit:multiq; eã præ
ſidii cã & gloriæ appetiuere. Cicero ad præturã uſq; etiã
græce declamauit. Latine uero ſenior quoq; & qđ cũ cõ/
ſulibꝰhircio & panſa:quos diſcipulos & grãdis prætexta/
tos uocabat.CN.Pompeiũ quidã hiſtorici tradiderũt ſub
ipſum ciuile bellũ quo facilius.C.Curioni promptiſſimo
iuueni cauſas Cæſaris defendẽti cõtradiceret:repetiſſe de/
clamãdi cõſuetudinem:Marcũ antonium:Item Auguſtũ
ne mutinenſi quidẽ bello omiſiſſe.Nero Caes. primo im/
perii anno publice quoq; bis antea declamauit.Pleriq; aũt
oratorũ etiã declamationes edidere.Quare magno ſtudio
hominibꝰiniecto magna etiã profeſſorũ ac doctoꝝ ꝓfluit
copia:adeoq; fluit:ut nõnulli ex infima fortuna in ordinẽ
ſenatoriũ:atq; ad ſummos honores proceſſerint. Sed ratio
docẽdi nec una omnibus:nec ſingulis eadẽ ſemꝑ fuit:quã/
do uario modo quiſq; diſcipulos exercuerunt. Nã & dicta
præclare per oẽs figuras ꝑ caſus & apologos aliter atq; ali
ter exponere:Et narrationes cũ breuiter ac preſſe:tũ latius
& uberius explicare cõſuerant.Interdũ græcoꝝ ſcripta cõ
uertere:ac uiros illuſtres laudare uel uituperare. Quædã
etiã ad uſum cõmunis uitæ inſtituta dũ utilia & neceſſaria
dum ꝑnitioſa & ſuꝑuacanea oſtendere:ſæpe fabulis fidem

firmare aut demere: q̄d genus theſis & naſceuas & cataſce/
uas græci uocant: donec ſenſim hæc exſoluerunt: & ad cõ/
trouerſiã uentũ eſt. Veteres cõtrouerſiæ aut ex hiſtoriis tra
hebant̃: ſicut ſane non nullæ uſq; adhuc: aut ex ueritate ac
re ſiqua forte recens accidiſſet. Itaq; locorũ etiam appella/
tionibus additis proponi ſolebant: Sic certe collectæ edi/
teq; ſe habent. Ex quibus nõ alienũ fuerit unã & alterã exẽ
pli cauſa ad uerbũ referre. Aeſtiuo tempore adoleſcentes
urbani cum hoſtiã ueniſſent: litus ingreſſi piſcatores trahẽ
tes rete adiere: & pepigere bolũ quanti emerent. Nummos
ſoluere: diu expectauerunt: dũ retia extraherent̃. Aliquã/
do extractis piſcis nullus affuit: ſed porta auri obſuta. Tũ
emptores bolum ſuũ aiunt: piſcatores ſuũ. Venalicii cum
brunduſii gregẽ uenaliũ e naui educerent: formoſo & pre/
tioſo puero quod portitores uerebantur: bullã & prætextã
togam impoſuere: facile fallaciã celarunt. Romã uenitur.
Res cognita eſt. Petitur puer: quod domini uoluutate fue/
rit liber in libertate. Olim autẽ eas appellatiões græce ſyn/
taxis uocabant: mox cõtrouerſias quidẽ: ſed aut fictas aut
iudiciales. Illuſtres profeſſores & quorũ memoria aliqua
extet: non temere alii reperientur: q̃ de quibus tradam.

LVcius plotius gallus: de hoc Cicero ĩ epiſtola ad. M.
ticinniũ ſic refert. Equidẽ memoria teneo pueris no/
bis primũ latine docere cepiſſe Plotiũ quẽdam: ad quẽ cũ
fieret cõcurſus: quod ſtudioſiſſimus quiſq; apud eũ exerce
retur: dolebã mihi idem nõ licere. Cõtinebar autẽ doctiſſi/
morũ hominũ auctoritate: qui exiſtimabant græcis exerci
tationibus ali melius ingenia poſſe. Hunc eundẽ (Nã diu/
tiſſime uixit). M. Cælius in oratione quã pro ſe de ui ha/
buit: ſignificabat dictaſſe a tratino accuſatori ſuo actionẽ:

ſubtractoq; nomine ordinarium eũ rhetorem appellat:deridens ut inflatũ ac leuem & ſordidum.

LVCIVS Octacilius pilutus ſeruiſſe dicit᷑: atq; etiã hoſtiarius uetere more in çatena fuiſſe:donec ob ingenium & ſtudiũ litterarũ manumiſſus accuſanti patrono ſubſcripſit. Deinde rhetoricam profeſſus. CN. Pompeiũ magnum docuit. patris eius res geſtas:nec minus ipſius cõpluribus libris expoſuit. Primus omniũ libertinorum: ut Cornelius nepos opinatur:ſcribere hiſtoriã orſus:nõniſi ab honeſtiſſimo quoque ſolitam.

AD id tempus Epidius calumnia notatus ludum dicendi aperuit:docuitq; inter cæteros. M. antonium & Auguſtũ:quibus quondã. C. canutius obiiciẽtibus ſibi: qđ in re. p. adminiſtrãda potiſſimũ cõſularis Iſaurici ſectã ſequeret᷑:malle rñdit Iſaurici eẽ diſcipulũ: q̃ epidi calũniatoris. Hic epidiꝰ ortũ ſe. a. C. epidio nũciono prædicabat: quẽ ferũt olĩ præcipitatũ ĩ fontẽ flumĩs ſcarui:paulopꝰ cũ cornibꝰ extitiſſe:ac ſtatĩ nõ cõpuiſſe:ĩ nũeroq; deoꝝ hitũ.

SEXTVS Clodius e ſicilia latinæ ſimul græcæq; eloquẽtiæ ꝓfeſſor male oculatus & dicax:par oculoꝝ ĩ amicitia. M. antonii triũuiri extricte ſe aiebat. eiuſdẽ uxorẽ Fuluiã:cui altera bucca inflatior erat:acumẽ ſtili tẽtare dixit:nec eo minꝰ:ĩmo uel magis ob hoc antonio gratus:a quo mox cõſule ingens etiã cõgiariũ accepit:ut ei ĩ philippicis Cicero obiicit: Tibi & ioci cauſa magiſtrũ ſuffragio tuo & competitoꝝ tuoꝝ rhetorẽ cõceſſiſti:ut in quẽ uellet diceret falſũ aio hoiem:ſed materia facilis & ĩ tuos dicere. At quãta merces rhetori ẽ data: audite. P. C. & cognoſcite rei. p. uulnera ſcđm iugeꝝ cãpi leõtini. Sex clodio rhetori aſſignati:& qdẽ ĩmuni:ut tãta mercede nihil ſape diſceres.

CAius Albutius ſilus nouarienſis cũ ædilitate in p̃ria fungeret̃ : cũ forte ius diceret: ab iis cõtra quos p̃nũciabat: pedibus e tribunali detractus eſt. Q uod idigne ferens ſtatim cõtendit ad portã: & inde romã. Receptuſq; in planci oratoris cõtuberniũ: cui declamaturo mos erat pri9 aliquẽ qui ante diceret excitare: ſuſcepit eas partes atq; ita impleuit: ut plãco ſilentiũ imponeret: nõ audenti in cõparatione ſe dimittere. Sed ex eo clarus ꝓpria auditoria inſtituit ſolitus ꝓpoſita cõtrouerſia. ſedẽs in ope & calore denſum ꝓuectus cõſurgere ac perorare: declamare aut gemere uario mõ ſplẽdide atq; adornate: tũ ne uſq; quaq; ſcholaſticus exiſtimaret̃ circũciſe ac ſordide: & tantum modo triuialibus uerbis. Egit & cauſas: uerũ rarius dũ ampliſſimã quãq; ſectatur: nec aliũ in ulla locũ q̃ ꝑorandi. Poſtea renũtiauit foro ꝑtim pudore parti metu. Nã cũ in lite q̃dã cẽtũuirali aduerſario: quẽ ut ĩpiũ erga parentes inceſſebat: iuſiurãdũ q̃ſi ꝑ figurã ſic obtuliſſet: iura ꝑ patris matriſq; cineres q incõditi iacent: & alia in hunc modũ: arripiente eo cõditionẽ nec iudicibus aſpernãtibus: nõ ſine magna ſui inuidia negociũ afflixit. Et rurſus in cognitione cædis mediolani apud. L. piſonẽ proconſulẽ defendens reum: cũ cohiberent lictores nimias laudãtiũ uoces: ita excanduiſſet: ut deplorato Italiæ ſtatu quaſi iterũ in formam prouinciæ redigeretur. M. inſuper Brutum: cuius ſtatua in cõſpectu erat inuocaret: legũ ac libertatis auctorẽ & uindicẽ: pene pœnas luit. Iã autẽ ſenior ob uiciũ uomicæ nouariã rediit: cõuocataq; plebe cauſis propter quas mori deſtinaſſet: diu ac more concionantis redditis: abſtinuit cibo.

Suetonii Trãq̃lli de claris Grãmaticis: & rhetorib9. Finis.

Baer
40.







